







ΑΙΛΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

ΟΝΟΜΑΤΑ ΑΤΤΙΚΑ.

AELII DIONYSII ET PAUSANIAE

ATTICISTARUM FRAGMENTA

COLLEGIT


ERNESTUS SCHWABE.

ACCEDUNT FRAGMENTA LEXICORUM RHETORICORUM
APUD EUSTATHIUM LAUDATA.

LIPSIAE

SUMPTIBUS DYKIANIS

1890.


HARVARD CO
JAN 21 1891
LIBRA

AVUNCULO OPTIMO,

PATRI FERE ALTERI

D.

Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum fragmenta proponenti mihi, ut venia tribuatur, pluribus de causis exoptandum est.

Quicunque enim ad grammaticos Graecos tractandos accesserit, sine dubio difficultates proficiendi imprimis in eo positas esse concedet, quod neque totum doctrinae ambitum adhuc cognoscimus, neque ubique accurate dici poterit, quid revera veteres vel diversis temporibus vel diversis rationibus oboedientes docuerint. Quid vocabulum sit vere Atticum, quae formae veteribus ipsis probatae, ne dicamus de obsoletis moribus et institutis, multifariam in dubio est, nisi quando lapides nobis succurrent. Ut primo dicamus de rebus lexicographicis, quarum notitia accurata et absoluta adhuc desideratur, dolendum est, quod neque Pamphili neque Diogeniani neque atticistarum, qui aetate Athenaeum anteierunt, fragmenta adhuc accurate collecta et, quae sequiores ex eis hauserint, diligenter explanata sunt. Quo accedit, quod ceterorum grammaticorum, qui deperditi sunt, fragmenta ubique dispersa nemo adhuc recte collegit et illustravit: ideo, qualis nexus inter illos intercedat, imprimis, quid attulerint ad usum atticum artioribus finibus circumscribendum, agnosci vix potest. Praecipue Tryphonis fragmenta, si tam diligenter collecta essent, ut Nauckius in libro vere aureo de Aristophane Byzantio egit, Lentzius in doctrina Herodiani restauranda praestare ausus est, si Ori et Orionis reliquiae, hisce temporibus e pluribus fontibus auctae, iterum retractatae et illustratae essent, et multum optimae frugis inde disci posset, et nexus doctrinae melius agnosceretur. Ergo iterum aliquid ad historiam grammaticae

et grammaticorum Graecorum describendam proficeremus. Si igitur, quae hic illic conicere et tentare conati sumus, postea improbanda videbuntur, quod meliora auxilia praesto facta erunt, auctori, in magnis voluntatem satis esse putanti, ignoscatur.

Tum vero me vituperatum iri puto, quod multo plura Eustathii verba attuli, quam revera atticistis debeantur. Duabus de causis ita procedendum esse censuimus: quod Eustathius singulari quadam methodo accuratius in prolegomenis explicata lexica atticistarum delibavit: quod fragmenta, ut ita dicamus, nuda proponere, praecipue in rebus grammaticis et lexicographicis, parum mihi esse videbatur. Ut enim, qui fieri potuerit rara quaedam herba, quibus de causis floribus a ceterorum genere diversis ornetur, optime cognosces ex humi loco, unde orta sit, ita ad grammaticorum nostrorum sententias recte intellegendas plurimum allaturum esse putavi, ut voces vicinas et enuntiata proxima a fragmentis ipsis non resecaremus.

Postremo autem cautius esse putavi ea tantummodo fragmenta, quae auctorum nominibus ipsis praedita appareant, colligere et illustrare. Lexica vero ipsa atticistarum redintegrare non ausi sumus, etsi nemini talium rerum perito hodie demonstrandum erit, multo plura, quae A. Dionysii et Pausaniae sint, in lexicis sequiorum circumferri, quam, quae ipsi congessimus. Ita enim fundamentum solidum struere nobis visi sumus, in quo ipsa illa aedes atticismo purissimo sacra a posterioribus, si Deo placet, exstruatur.

PROLEGOMENA.

Corcyraeo illo omissus est, quod rerum capita omnino desiderantur.

Eustathii commentaria hisce temporibus primo a Batavis adibantur: Cobetus enim Naberque eius discipulus Photii lexicon diligentius perscrutari et ad illius fontes iter dirigere inceperunt: deinde Codex Athous Milleri omnium oculos in se convertit et plurimis locis ea, quae Nauckius iam in libro celeberrimo de Ar. Byz. reliquiis sagaciter indagaverat, testimoniis certissimis praesertim ex Eustathio petitis, fulta sunt. Tertius qui omni ex parte Eustathium perscrutatus est, Leopoldus Cohn tot tamque utilia de Eustathio in libris, quos Quaestiones Eustathianas (Jahrbb. für klass. Philol. XII. p. 285—374) et de Heraclide (Breslau 1884.) inscripsit, protulit, ut multa iam accuratius perspici possint.

Qui vir doctus cum quattuor imprimis genera auctorum, quibus E. uti consueverat, distingueret[1]), imprimis grammaticorum et lexicographorum opera, quibus Eustathius opus suum illustraverat, longe utilissima esse existimavit: nec immerito: cum saepissime illa redeant ad auctores summae gloriae, cum ex Alexandrinorum opibus etsi frustula, tamen frustula optimae notae per illos serventur. Atque Aristophanem et Suetonium Eustathii auctores Cohnius l. c. accuratissime adiit: Lexicographorum vero relliquiae omnino adhuc accuratius tractandae et, quae eis tribui possint ac debeant, certioribus finibus circumscribenda sunt. Quorum λεξικογράφων in numero praecipue duo viri praeclari, Aelius Dionysius et Pausanias atticistae excellunt, quorum relliquias colligendas eorumque doctrinam, quoad fieri poterit, restaurandam mihi proposui.

Non defuerunt[2]), qui post Cobeti et Naberi commentationes

---

centum quinquaginta addenda esse dudum cognitum est. cf. Egenolff, Jahresber. XVII, p. 103. Sub finem libelli eorum auctorum nomina, quorum libros Eust. ipse inspexit et quorum memoria aliunde peti nequit, addemus.

[1]) Quaest. Eustath. p. 3.

[2]) Meier, Op. II. 62. sq. — W. Rindfleisch, de Pausaniae et Aelii Dionysii lex. rhet. Regimonti 1866. — Schwartz, Aelii Dionysii lexici fragm. Traiecti 1875. — Linkii libellum, quod fragmenta Aelii Dionysii sola praebet, neque utilia ad doctrinae auctores et expilatores profert, satis habeo, ut appellem.

opus illud restituendae atticistarum doctrinae susciperent: neque tamen, quae viri docti proposuerunt, sufficere possunt. Meier enim ea tantum frustula excerpsit, quae cum auctoris nomine artissime cohaerent: et multa fragmenta, quae iam Valckenaario[1]), talium rerum indagatori accuratissimo, nota erant, omisit: se ipsum obiter tantum commentarios Eustathii inspexisse libere confitetur. Id vero iam ab illo recte animadversum est, fragmenta illa e *λεξικῷ ῥητορικῷ*[2]) petita maximam partem ad atticistas redigenda esse. — Rindfleischius, qui Lehrsio auctore ad atticistas colligendos accessit, quam accuratissime rem perficere studuit: nimis tamen anxie ad auctorum nomina adhaerens multa, quae sine ulla dubitatione ad atticistas referri debent, omisit: lexici, quod vocatur, rhetorici fragmenta, quia se de certis rationibus desperare[3]) ait, operi suo adiungere noluit. — Schwartzii vero libellum, etsi se Aelii Dionysii opus plane restituisse contendit, rem minime absolvisse mihi certum est. Ac primum enim atticistas, quos iam Rindfl. p. 4. not. saepius coniunctos proferri vidit[4]), non ita edere debuit, ut alterius tantum fragmenta colligeret, alterius vero relliquias saepius plane easdem ne digito quidem attingeret: tum autem id ei exprobrandum est, quod, priusquam lexicorum fragmenta directa omnia collecta essent, ex Photio, Suida, Bekkeri Bachmanique lexicographo opus Aelii Dionysii restituere conatus est. Quod opus periculosae aleae plenum ab illo v. d. neque accurate institutum neque ad certum quendam finem perductum est: huc accedit, quod Cobeti Naberique vestigia nimis caeco amore premens, Suidam nihil fere esse nisi Photii apographon[5]) contendit, et cetera lexica et Eustathium ipsum non diligenter excussit, unde factum est, ut multa omitteret, quae Aelii Dionysii operi redintegrato inesse debent.

---

[1]) Nab. Proll. ad Phot. p. 192. sqq.

[2]) fr. 337—451 nostrae editionis.

[3]) p. 3. 4.

[4]) Ut unum exemplum proferatur, quantopere utriusque atticistae doctrina conspiret, videas fr. 21., ubi utrumque ad eundem locum Pherecratis provocare intelleges.

[5]) Quam opinionem feliciter reiecisse videtur Röllig, Diss. Halens. 1887. — Cf. quae Egenolff. l. l. p. 105. de Schwartzii libello iudicavit.

Cum igitur tres illae collectiones, quae hodie extant, rem non absolverint, iam exponendum videtur, quibus perducti rationibus ad novam collectionem parandam accesserimus, et qua methodo nos plura adhuc prioris doctrinae frustula ex posteriorum operibus, imprimis ex Eustathii commentariis elicituros esse speremus.

Ab Eustathio enim quin proficiscendum sit, nullus dubito. Ille plurima fragmenta continet, ille ratione quadam singulari, quae in capite tertio nobis explicanda erit, atticistarum libros adhibuit. Inde iam apparet, cur nova artis, quae vocatur, criticae subsidia hac in collectione inveniri non possint: cum careamus apparatu Eustathiano. Neque ad nostrum consilium multum refert, quid revera in Eustath. codicibus legatur, cum atticistarum fragmenta totiens, ut vel obiter inspicienti lexica graeca apertum fiet, apud Hes. Phot. Suid. B. A. Et. Mag. Gud. ceteros redeant, ut haud dubium sit, quid scripserint, etsi una ex parte fundamentum criticum debile videatur.

In lexicis antem Aelii Dionysii et Pausaniae resarcinandis id imprimis consilium secuti sumus ut fragmenta tantummodo, quae directa vocantur i. e. quae nomine auctorum ornata inveniuntur, colligeremus iisque ea tantum subiungeremus, quae Eustathius e lexicis, quae appellat, rhetoricis suum in usum converterat. Elementorum vero ordini, quo Aelii Dionysii Pausaniae fragmenta promiscue proferentur, illa inserere noluimus, cum non de omnibus, sed de pluribus tantum originem atticistis deberi constet. Si cui cautius, quam par est, processisse videamur, cavere, ne nimis providi quam temerarii vocemur, maluimus.

Adnotationes vero, quas subiunximus, duas vias aperire debent: ut cognoscatur, quotiens ex atticistarum opibus posteriores (vel lexicographi vel commentatores) sua deprompserint: tum vero ut, quoad eius fieri possit, intellegamus, unde saeculum illud Hadriani, quod attico sermoni imprimis incubuisse constat, doctrinam suam hauserit, i. e. ex Alexandrinorum doctrina ingenti.

Priusquam autem de atticistarum operibus accuratius nobis agendum est, paucissima illa, quae veteres de illorum vita atque doctrina protulerunt, afferenda et examinanda sunt.

CAP. I.

Phot. Bibl. cod. 152. *Περιείχετο δὲ τῷ τεύχει* (in quo Timaei lex. Platon. invenerat) *καὶ Αἰλίου Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως*[1]) *Ἀττικῶν Ὀνομάτων*[2]) *τῆς πρώτης ἐκδόσεως λόγοι πέντε, ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ ω̄ τὰς Ἀττικὰς λέξεις κατὰ στοιχεῖον ἀναγράφοντες. Σκύμνῳ*[3]) *δὲ τὸ σύνταγμα προσφωνεῖ· χρησιμώτατος δ' ὁ πόνος οὗτος τοῖς τε ἀττικίζειν ἔχουσι φροντίδα καὶ τοῖς τῶν Ἀττικῶν συγγράμμασιν ἐνομιλεῖν προαιρουμένοις. ὅσαι τε γὰρ ἐπιχωριάζουσι λέξεις τοῖς Ἀθηναίοις περί τε τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς δίκας, ἐντεῦθεν ἔστιν ἐκμαθεῖν. καὶ εἴ τι ἄλλο ἰδιοτρόπως αὐτοῖς λέγεται, οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν, μάλιστα εἴ τις μὴ τοὺς τῆς πρώτης ἐκδόσεως μόνον τόμους διερευνῴη, ἀλλὰ καὶ τῆς δευτέρας ἐκδόσεως, καὶ αὐτοὺς πέντε*[4]) *τόμους ὄντας καὶ ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ ω̄ τὰς Ἀττικὰς λέξεις περιέχοντας, ὅσαι γε τῇ προτέρᾳ οὐ συμπεριελήφθησαν ἢ περιελήφθησαν μέν, μαρτυρίαις δὲ ταῖς οὔσαις οὐκ ἐβεβαιώθησαν. ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει πλατύτερόν τε καὶ ἀφθονώτερον αἱ μαρτυρίαι παρατέθεινται. ὧν εἴ τις τὰς δύο πραγματείας εἰς ἓν συναγαγεῖν σύνταγμα βουληθείη, χρησιμώτερόν τε τὸ φιλοτέχνημα ἐπιδείξει καὶ μετὰ ῥᾳστώνης ἐκτελέσει.*

cod. 153. *ἀνεγνώσθη δὲ ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει Παυσανίου λεξικὸν*[5]) *κατὰ στοιχεῖον, οὐδὲν ἔλαττον τῶν προειρημένων εἰς τὰς Ἀττικὰς συναναγνώσεις χρήσιμον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον· εἰ γὰρ καὶ ταῖς μαρτυρίαις ἐνδεέστερον ἔχει, ἀλλ' οὖν ἔν τισι τῶν στοιχείων πολὺ ταῖς λέξεσι πλεονάζει, ὡς ἀμφοτέραις ἅμα ταῖς Αἰλίου Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως πραγματείαις τὴν μίαν ταύτην, καίτοι τῶν χρήσεων ἐπ' ἔλαττον (ὡς ἔφημεν)*

---

[1]) cf. praef. et fr. 9. 36. 77. 103. 107. 313. 316.

[2]) sic in praefatione et fr. 316 vocatur: alias semper lexicon. fr. 314. *Δ. ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ὀνομάτων.* [3]) cf. praef. Aelii Dionysii et fr. 301.

[4]) Unicum librorum numerum habes in fr. 316. — De librorum numeris, qui a veteribus traduntur, dubitandum non esse postremo contra Weberum (Philol. Suppl. III. p. 477 p. 488) recte demonstravit Schoenemann, de Lexicographis antiquis p. 71. Hannover. 1886.

[5]) fr. 47. *Π. οὗ τὸ Ἀττικὸν λεξικὸν* fr. 181. *Π. ἐν τῇ διαπεπονημένῃ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ.*

απτομένην ἐξισάζεσθαι τῷ τῆς γραφῆς ὄγκῳ. εἰ δέ τις ἐκείναις ταῖς δυσὶν ἐκδόσεσιν καὶ τὴν Παυσανίου ἐγκατατάξας ἓν ἀπεργάσαιτο σύνταγμα (ῥᾷστον δὲ τῷ βουλομένῳ), οὗτος ἂν εἴη τὸ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον τοῖς ἀναγιγνώσκουσι τὰς Ἀττικὰς βίβλους σπούδασμα εἰσενηνεγμένος.

Praeterea nihil de atticistarum vita constat. Fortasse ap. Suidam: *Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεύς, ῥήτωρ καὶ παντοίως λόγιος. γέγονε δὲ ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ. πρόγονος*[1]) *τοῦ ἐπὶ Ἁδριανοῦ γεγονότος ἀττικιστοῦ:* ultima ad Aelium Dionysium referenda sunt: dubitatio autem movetur, an id recte fiat, cum glossa insequenti de aetate et origine Dionysii musici[2]) plane eadem tradantur. De Pausania[3]) omnino nihil memoriae traditur. Cum de atticistarum vita Rindfleischius iam satis accurate p. 10. sqq. egerit, ad illius operam qui de vita auctorum plura cognoscere velint, relego. Id unum monendum est, Meierum recte ex Aelio praenomine conclusisse, hominem doctum ab Hadriano civitate Romana condonatum esse et Cobetum[4]) suo iure contendisse, Aelium Dionysium multum temporis in Asia minore mansisse ibique formis Caricis[5]) et Lyciis operam dedisse.

Ad locum illum ex Photii myriobiblo petitum redeamus. Codicem igitur manibus versavit miscellaneum, qui lexica Timaei, Aelii Dionysii, Pausaniae, Boethi, incerti cuiusdam *λέξεις Πλατωνικὰς*, Dorothei, Moeridis (cod. 153—157) opellas continuit. An altera Aelii Dionysii recensio eidem codici infuerit, dubium est. Quo ex codice lexicon Photianum conglutinatum esse dudum constat[6]).

---

[1]) Utrumque Dionysium etiam alias sibi oppositum fuisse docet nota ad Dion. art. rh. cap. X *τοῦτο τὸ μονόβιβλον οἶμαι Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς συνέταξεν ὁ πρότερος.* ex cod. Par. tracta, quam Usener, de Dion. Hal. libr. de im. rell. p. 4. (Bonn. 1889) publici iuris fecit.

[2]) Christ. Littgesch. p. 562 eundem atque atticistam esse putat. Negavit Meier Op. II. 63 sq. Res neque demonstrari nec negari potest.

[3]) cf. Nab. Proll. p. 39. [4]) Mnemos. X. 52.

[5]) Praef. *καὶ ἐν Καρίᾳ εἶναί τινα Ἀττικὴν φωνήν.* fr. 131. 222. — Fortasse igitur, si voces Lyciae et Caricae ab Eust. et a Phot. vel ceteris explicantur, eorum origo Dionysiana fuit. cf. ex. gr. p. 972, 38. et Phot. Suid. Hes. (*σιφλός*) et p. 1141, 14.

[6]) Praecipua operis adiumenta fuerunt tria Aelii Dionysii et Pausaniae lexica, cetera ut Timaei Moeridis, quae servantur adhuc integra,

De Dionysii recensionibus duabus plura proferre hoc loco non opus est: in capite, quo de lexicis Eustathii rhetoricis agetur, accuratius haec tractanda et singuli loci examinandi erunt: in fragmentis directis, quae colligenda nobis proposuimus, ni fallor, his tantum certa vestigia duplicis operae apparent: fr. 162, 231 (cf. not. 3). Coniectura sat probabili id statuitur in fr. 185. Fortasse saepius Eustathius cum ἕτερόν τι λεξικὸν ῥητορικόν [1]) laudet, ad alteram recensionem Dionysii respexit. cf. Cap. II. Id addere liceat me sequi Naberi (Prol. 48) Weberique (Philol. Suppl. III. p. 550) opinionem, qui contra Photium alteram recensionem Dionysianam ex altera in breve actam esse (i. e. resectis veterum testimoniis, quorum pretium ignorabant) recte contenderunt.

Restat, ut opinio Naberi, Prol. ad Phot. p. 49. refellatur, Eustathium duabus Pausaniae recensionibus usum esse. Quae opinio iam ideo futtilis videtur, quod Photius in bibl.

Boethi, Dorothei, Incerti quae deperdita sunt, multo minoris fuerunt momenti: imprimis cavendum est ne nimia Boetho lexicographo Platonico tribuantur. Naber Prol. p. 55. Cobeti assecla (cf. Mnemos. IX. 399. X. 75) et Cohn, Neue Jahrbb. Suppl. XIII. 801. sq. fundamento unius tantummodo glossae (Hes. διὰ πάντων κριτής: Boethus Milleri p. 399. alius fuisse videtur) freti quam plurimas glossas Photianas ex Boetho fluxisse contenderunt. Quae opinio probari non potest, cum in rebus ad lexicographos pertinentibus non una glossa, sed quam plurimis tantum argumentis aliquid demonstrari possit, quod ad rerum nexum, qualis revera fuit, appropinquet. Mettauer, De scholl. Plat. Turic. 1880, Wolff, De scholl. Platon. Traiecti. 1884 cum Nabero consentiunt, Giesing, de scholl. Platon. Lips. 1883. p. 31. sq. eam opinionem protulit, quam rectam esse existimo.

[1]) Pausanias et Ael. Dion. coniuncti proferuntur in fr. 1. 3. 17. 31. 56. 66. 76. 81. 87. 95. 97. 105. 122. 136. 140. 151. 152. 161. 164. 169. 190. 206. 209. 219. 222. 227. 228. 289. 293. 304. 306. 323. —

Pausan. et ἕτερός τις vel ἐν ῥητ. λεξ. in fr. 18. 24. 42. 49. 72. 73. 85. 108. 118. 141. 157. 204. 205. 310. 318. 319. —

Ael. Dion. et ἕτερός τις vel ἐν ῥητ. λεξ. in fr. 44. 59. 93. 119. 162. 170. 187. 189. 212. 218. 230. 235. 244. 248. 252. 253. 254. 288. 305. 325. —

Pausan. et Ael. Dion. et ἕτερός τις (tertium igitur lexicon) in fr. 33 (ubi duo lexica doctrinae Pausaniae opponuntur). 39. 282. 203. 231. 234. 249. 266. 320.

Duo vel plura lexica rhetorica coniunguntur in fr. 345. 372. 387. 398. 400. 407. 429. 430. 434. 438. —

unam tantummodo editionem sibi praesto fuisse tradit. At apud Eustathium duo loci extant, ubi altera Pausaniae editio, sive plenior, sive, ut Nabero placuit, contracta, appellatur Eustath. p. 1165, 9. (fr. 51) *ὁ δὲ Π. λέγει, καὶ ὅτι πεμμάτων εἶδος . . . καὶ οἱ ἀμφιφῶντες, καὶ ὅτι οἱ ῥηθέντες ἀμφιφῶντες ἄλλως τε οὕτως ἐκαλοῦντο ἀπὸ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ διότι δὲ ἐκόμιζον αὐτοὺς δᾴδια ἡμμένα περιπηγνύντες ἐπ' αὐτούς· ἀλλαχοῦ δέ φησιν ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι ἀμφιφῶν προσηγορεύθη πλακοῦς διὰ τυροῦ, ἐφ' οὗ δᾷδα πήσσοντες ἅπτουσι τοῦ φωτὸς χάριν.* Res simplicissima est, si conferas Suid. s. v. *ἀνάστατοι . . . ὀνομάζονται δὲ ἀμφιφῶντες, ὡς μέν τινες, ὅτι τότε γίνονται, ὅτε ἥλιός τε καὶ σελήνη πρωὶ ὑπὲρ γῆς φαίνονται, ὡς δὲ Ἀπολλόδωρος ὅτι κομίζουσιν αὐτοὺς δᾴδια ἡμμένα περιπηγνύντες ἐπ' αὐτῶν* cf. Suid. s. v. *ἀμφιφῶντες*. Pausanias igitur, qui cum Suida convenit, duas *χρήσεις* attulit, quarum alteram nescio cuidam auctori (fortasse Philochoro fr. 161), alteram Apollodoro debuit. Quidni etiam *ἀλλαχοῦ* ad *χρῆσιν* tertiam revocemus, ita ut verba *φησὶν ὁ αὐτὸς* commatis includantur? Sin autem haec explicatio minus placuerit, rem ita constituere poterimus, ut Pausanias altero lemmate iterum de *ἀμφιφῶς* voce egerit: quam rem minime inauditam esse inde intellegitur, quod Suidae glossa doctissima *ἀνάστατοι*, in qua tota fere veterum pemmatologia continetur (cf. Lob. Aglaopham. p. 1064), ni fallor, ex atticistarum opibus desumpta est (cf. fr. 94. not. 1. Prol. Cap. V. § 2). Alia huius usus exempla inveniuntur fr. 49. 56. 83. et alias. — Multo difficilior vero alter est locus Eustath. p. 408, 4. (fr. 135.), qui primo Pausaniam ipsum historiam de proverbio *δόρυ καὶ κηρύκειον* proferentem introducit, deinde vero adicit: *ἐν ἑτέρῳ δὲ ῥητορικῷ γράφει*[1]), *ὡς ὑπὸ Ταναγραίων πολεμουμένων Γεφυραῖοι προέπεμψαν κήρυκα καὶ κάτοπιν καθώπλισαν ἑαυτούς.* Lexicographi nil fere adferunt, ut difficultate orta liberemur. Suid. Hes. priorem tantum Pausaniae locum repetunt, Zenob. III. 26. ad eundem fontem atque atticista reducendus est. Pausanias Athenienses bellum cum Tanagraeis commisisse tradit: loco

---

[1]) Töpffer, Att. Genealogie p. 297 sq. hoc in lexico antiquiorem (fortasse Demonis) doctrinam subesse censet.

laudato autem Gephyraei cum Tanagraeis proelio certant: quae res est sane mirabilis, cum veteres Gephyraeos = Tanagraeos esse tradant, cf. Hecat. fr. 189. Müll. Strab. IX. p. 404. Et. M. 228, 57. Steph. Byz. p. 206, 12. Mein. Aliunde Gephyraeos Atheniensium accolas fuisse scimus, cf. Her. V. 57 Töpffer. Att. Geneal. 283. Si hanc opinionem complecti mavis, non cum Töpff. in lexico illo de Atheniensibus non actum esse statues: immo redactio decurtata, (quae Gephyraeos = Athenienses fuisse notum esse putaverat — tale quid in Suid. *Γεφυρίς*, Et. M. 229, 5 accidit) nobis proposita est. — Eustathius igitur vel corrupta ex fonte nescio quo transtulit, vel ipsius verba a librariis turbata sunt. Utut est, locus suspectus manet: si librarios eum turbasse praetuleris, statim concedetur, etiam *γράφει* illud, quod loco sano ad epitomen quandam Pausanianam referendum esset, in suspicionem vocandum esse. Correctura *γράφεται* minus audax videbitur, si meminerimus, quam innumeris locis Eustathius *φασὶ* et *φησὶ*, *λέγει* et *λέγεται* confuderit. — Non igitur est, cur alteram Pausaniae recensionem fuisse concedamus [1]).

Glossas utriusque lexicographi ad elementorum ordinem processisse et Phot. in Myriobiblo tradit, et Eustathius in fr. 198. adscripsit Pausaniae lexicon *κατὰ στοιχεῖον* confectum esse. Bernhardyus quidem (Commentatt. ad Suidam p. 38) rationem *ἀντιστοιχειακὴν* (qua Suidam usum esse constat) iam ab atticistis adhibitam esse suspicatur. Neque tamen est, cur eum sequamur. Loci atticistarum, qui adhibendi sunt, hi fere sunt. fr. 266. *ὄα* et *ὦα* ex litteris *ō* et *ω̄* adferuntur. Deinde fr. 323. 244. 231. 344. 397. omnes ex Aelii Dionysii doctrina petiti: in quibus ubique agitur, utrum *ι δίχρονον* an *ει* diphthongus scribenda sit: fr. 397. in *ἱστέον, ἴλη, ἱλυσπᾶσθαι, ἱλίσπωμα* (cf. fr. 155. 209. 225) in prima littera: fr. 323 in *χιλός*, 345. in *ἀΐτης*, fr. 244. in *λίβηθρον*, in altera littera: fr. 231. in *κλεισίον* in tertia igitur littera. Quibus fortasse *τρυσίππειον* in fr. 311. addendum est. — Imprimis proficiscendum est ab Eustath. p. 772, 63. (= fr. 323.) *χειλὸς· πόα, χόρτος. παρ᾽ αὐτῷ δὲ καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται ὁ τοιοῦτος χιλὸς, ὡς ἡ αὐτοῦ*

---

[1]) cf. L. Cohn, Jahrbb. Suppl. XII. p. 368 not. 181.

(i. e. *Ἀλλ. Διονυσίου*) *στοιχειακὴ ἀκολουθία βούλεται*. Quod si recte interpretamur, nil probat, nisi suo loco (i. e. in littera *χι* ad elementorum ordinem disposita) vocem *χιλὸς* extitisse. Dolendum est, quod Photium in partes vocare non possumus: Lex. Bachm. 413, 25 *χιλὸς* suo loco exhibet: idem fit in Et. M. 811, 47 unde eodem modo atque nostra lexica etiam atticistarum *λέξεις* dispositas fuisse conicio: quae opinio eo firmatur, quod *λείβηθρα* et *λίβηθρα* (cf. fr. 244) in Photii lexico utroque loco redit: idem fit de voce *ἀΐτης* (fr. 345) in *λέξεων χρησίμων συναγωγῇ* ap. B. A. 348, 2. 349, 12.

Quo titulo lexica illa inscripta fuerint, ambigitur: Phot. Bibl. cod. 152. Aelium Dionysium *Ἀττικῶν ὀνομάτων λόγους πέντε* conscripsisse tradit: eundem titulum laudat fragm. praefationis: et fr. 314 (B. A. 1073) *Δ. ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ὀνομάτων*, fr. 316 (Schol. Hom. Il. *Ο* 705) *Δ. ἐν τετάρτῳ Ἀττικῶν ὀνομάτων* exhibet. Eustathius vel nomen solum tradit vel patriam adiungit (cf. p. 7. not. 1), opus vero tantummodo *λεξικὸν* appellat. Quod brevitatis causa factum esse puto neque dubitandum esse, quin Photii titulus, *Ἀττικῶν ὀνομάτων λόγοι πέντε*, genuinus Atticistae fuerit, arbitror. — Pausaniae librum in cod. 153. *λεξικὸν* appellat: idem apud Eustathium fieri videmus. Cum autem tota illius operis ratio id suadeat, cum Eustath. ad Dion. Perieg. 525 (fr. 47) faciemus, qui *Π. οὗ τὸ Ἀττικὸν λεξικὸν* exhibet. Atticorum enim dialectum cum illustraret, inprimis capiti operis hanc inscriptionem praefigere debuit. Simillimum fuisse titulum Aelii Dionysii et Pausaniae suadet Schol. Thuc. VI. 27. (fr. 187) *Παυσανίας ἐν τῇ διαπεπονημένῃ Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ*. Ideo utrumque opus *Ἀττικὰ ὀνόματα* inscriptum fuisse et Aelii Dionysii libris quinque tomorum numerum additum fuisse certum est.

Difficilior ad diiudicandum est altera quaestio, utrum utrique libro vocula *ῥητορικὴ* addita fuerit necne. Photius nusquam hoc epitheto utitur neque ullo alio loco fragmentorum, quae non ex Eustathio protracta sunt, apparet. Eustathius autem Aelii Dionysii opus lexicon *ῥητορικὸν* appellat in p. 455, 37. (fr. 248) p. 1944, 7 (fr. 162 ubi alteram Dionysii recensionem laudat), ter Pausaniae lexicon p. 801, 57. (fr. 21.),

p. 1864, 14 (fr. 185) p. 989, 46. cf. p. 1593, 15 (fr. 198). Saepius vero id accidere videmus in eis collectionis nostrae fragmentis, quae lexici rhetorici nomine complectuntur. Iam mihi sumam, ut ea demonstrata atque probata esse putentur, quae capite altero demonstranda mihi sunt. Eustath. p. 1330, 10 (fr. 334.) in fusiore Aelii Dionysii loco etiam *σορέλλην* (= senex tumulo propinquus) explicatur. In fr. 334. not. 6. alterum locum Eustathianum invenies, qui e lexico rhetorico sumptus de eadem voce nobis eadem tradit. fr. 360 (cf. fr. 220) ex Aelio Dionysio, item fr. 361. (cf. fr. 217), fr. 365 (cf. fr. 113), fr. 390 (cf. fr. 36). fr. 419 (cf. fr. 253, 309). ex Pausania vero fr. 351 (cf. fr. 40. not. 1), fr. 355 (cf. fr. 136) fr. 401 (cf. fr. 87), et alias Atticistae ipsi nonnumquam ab Eustathio *οἱ ῥήτορες* appellantur: cf. p. 216, 13. *νωτοπλῆγα οἱ παλαιοὶ ῥήτορες τὸν μαστιγίαν φασίν* et fr. 416., p. 1434, 1 (fr. 59) *Ἀττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐκτείνουσι τὴν ὑστέραν τοῦ ἅπαν, ἕτερος δὲ ῥήτωρ ἐν οἰκείῳ λεξικῷ γράφει, ὅτι ὁ λόγος ἀξιοῖ βραχύνειν τὸ ἅπαν*. p. 1761, 50 (fr. 189) *ἦ... παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ... ἕτερος δὲ ῥήτωρ γράφει*, p. 1383, 42 (fr. 387) lexicon rhetoricum laudatur de voce *εὔνοστος*, p. 1885, 25 eadem *ῥήτωρ τις* protulisse traditur etc.

Hoc loco id addatur, quod Heydenus Leipz. Studien, VIII. p. 205—234 sat idoneis causis probavit[1]), Etymologum Magnum, si lexicon *ῥητορικὸν* laudat, nullos alios libros adsumpsisse, nisi atticistarum opera. Tertium est, quod nullum aliud lexicon Eustathianum rhetoricum appellatur.

Qui vero fit, ut atticistae ipsi *ῥήτορες*, eorum libri *λεξικὰ ῥητορικὰ* vocentur? In ceterorum lexicorum, quae vel integra vel ex fragmentis innotuerunt, numero paucissima epitheto illo ornantur. Ut Harpocrationis inscriptionem incertam mittamus, tantummodo quintum quod vocatur lexicon Bekkeri (B. A. I. 195—318) sic appellatur. — Suidas vero in auctorum indice Eudemum rhetorem[2]) laudat, cuius lexicon expilavit, et Zosi-

---

[1]) Optime p. 192. sq. contra Naberum Prol. p. 164. sq. Boysenum, de Harpocrationis fontibus p. 69, Photium patriarcham non auctorem esse Lexici rhetorici ab Etymologo laudati effecit.

[2]) Laudatur etiam ap. Eustath. p. 553, 20. *θέναρ, κατ' Εὔδημον τὸ μεταξὺ τοῦ λιχανοῦ καὶ τοῦ ἀντίχειρος, ἤγουν τοῦ μεγάλου δακ-*

mum Ascalonitam, qui idem λέξιν ῥητορικήν composuit. Qualis indolis Eudemi lexicon fuerit, ignoratur, cum eius codices tantum cognoscamus, editio autem plane desit: ex eis, quae Naber, Boysen, Blass alii, qui codd. inspexerunt, publici iuris fecerunt, lexicon illud Suidae et Hesychio haud absimile fuisse conicio. Zosimum autem in partes vocare nolo, quod Suid. s. v. eum etiam in Lysiam et Demosthenem commentarios scripsisse tradit: rhetores igitur sensu illo, quo omnes veteres utuntur, explicasse videtur. — Rem ita explicandam esse puto, ut ῥήτωρ et ῥητορικὸν λεξικὸν sensu accipiatur passivo, i. e. λεξικὸν, quod eis destinatum sit, qui ῥητορεύειν in animo habeant, i. e. sermone puro et vere Attico uti velint. (cf. Christ. p. 562. cui id unum non concedendum est plurimos locos atticistarum ad rhetores explicandos spectavisse). ῥητορεύειν autem usum significat linguae viventis, orationem in quovis loco habitam, cf. Phot. Bibl. p. 101a. Bekker: χρήσιμον δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον τοῖς τε συγγράφειν καὶ ῥητορεύειν ἐθέλουσιν. Simillimo usui destinatum erat Φωτίου λέξεων συναγωγή, αἳ μᾶλλον τῶν ἄλλων ῥήτορσι καὶ λογογράφοις ἀνήκουσιν εἰς χρείαν. Eodem sensu passivo accipienda videntur verba, quae Photii lexicon praecedunt; λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον, δι᾽ ὧν ῥητόρων τε πόνοι καὶ συγγραφέων ἐξωραΐζονται μάλιστα. — Atticistarum lexica tali usui imprimis inserviisse consentaneum est: si rem ita explicaveris, non amplius mirandum erit, quod imprimis poetarum loci in testium locum vocantur, quod plurimae glossae non ad ῥητόρων locos spectant, sed potius comoediae et tragoediae difficultatibus explicandis operam dant.

CAP. II.

Iam supra in atticistarum relliquiis colligendis ab Eustathii opere proficiscendum esse contendimus. In Homero enim explicando tam saepe ad atticistas provocat, tantopere illorum opera adamavit [1]), ut res labore sane digna videatur, inquirere, qua ratione episcopus ille libros superioris aetatis expilaverit.

τύλον, σαρκῶδες καὶ κοῖλον. Unde velim legas ap. Phot. θέναρ. τὸ κοῖλον τῆς χειρός. λέγεται δὲ καὶ τοῦ ποδὸς ἐλλίχανον (Nab. ἐλλύχνιον).

[1]) fr. 392. καινὸν μέν τι γράφει, πιστεύεται δὲ ὡς λόγον ἄξιος. —

Ac primum quidem id unum praemonendum est, Eustathium nullo loco id consilium cepisse, ut nos de auctoribus, quibus usus sit, celaret. Ita fit, ut fere unumquemque locum ad eos auctores referre possimus, unde tractus sit. Praecipui autem auctores erant codex quidam Homericus scholiis amplissimis ornatus, Athenaeus, Strabo, Stephanus Byzantius, ex quorum operibus nonnunquam futtiliter quidem et ad minorem ambitum contracte, semper tamen ita depingit, ut auctor facile agnosci possit. — Idem in atticistarum operibus fieri videmus: nullum enim eorum locorum, quem aliunde cognovimus, ita laudat, ut consilio ea pro suis vendiderit, quae alienae originis sint.

Hoc vero statim concedendum est: Eustathium saepissime negligentia quadam perductum auctorum nomina omisisse, vel ita originem alienam indicasse (vel verbis *ὥς φασὶ*, aut *λέγουσί τινες*, vel *οἱ παλαιοὶ*, vel *κατὰ τοὺς παλαιούς*), ut de auctore disceptari possit. Quod socordia tantum factum esse iam inde evincitur, quod Eustathius in tanta mole librorum, quos confecit, diligentiam *ἀκριβεστάτην* adhibere neque potuit neque voluit. Huc accedit, quod commentarios illos Homericos nullo certo consilio confecisse videtur: in Odyssia enim (locos adferre non opus est, cum in unaquaque pagina occurrant) ad Iliadem provocat, in Iliade iterum ad commentarios in Odyssiam conscriptos respicit, ut de chaote illo ad tempus ordinando desperandum esse videatur [1]). Utrum morte praematura abreptus sit, an opus taedio superatus ita remiserit, ut imperfectum et ultima, ut aiunt, lima egens relinqueret, diiudicare non possumus.

Sin autem negligenter eum conscripsisse *παρεκβολὰς* concesseris, non cum eis facies, qui ex formulis illis, quas attuli,

---

fr. 55. *ἀναφύσησις* ex glossa *γρόνθων* explicatur, non ex lemmate suo episcopus glossam deprompsit, cf. not. 2.

[1]) Commentarii ad Dion. Perieg. priores fuerunt: nusquam enim in illis ad commentarios Homericos respicit: illos autem saepius attulit, cf. p. 1144, 14. 1166, 18. 1175, 34. alias. — Nuperrime Frid. Kuhn in Comment. in W. Studemundi hon. conscriptis p. 247—257. rem ita constituit, ut Iliadis commentarios priores fuisse, sed utrumque librum, priusquam ederetur, iterum ab E. perpolitum esse contenderet. Quam opinionem sequi non possum: eos enim tantummodo locos respexit, qui diserte vel Iliada vel Odyssiam laudant. Sed multo saepius se ipsum laudat formulis *ὡς προδεδήλωται, ὡς προεγάφη* et similibus.

imprimis ex illis ὡς οἱ παλαιοὶ vel κατὰ τοὺς παλαιούς, certum quoddam fundamentum struere sibi visi sunt, in quo aedes illa atticismo purissimo sacra ponatur. De tali argumentandi ratione recte iam Rindfleisch. p. 6. sqq. iudicium fecit, cum Cobeti (Mnemos. X. p. 75.) sententias de auctoribus sexti lexici Bekkeri indagandis refutaret. Cautius quidem, sed ita ut ad similem finem atque Batavorum ratiocinatio perveniret, Theod. Freyer (Quaestt. de scholl. Aesch. fontibus, Leipz. Stud. V. p. 339 sqq.) de formulis κατὰ τοὺς παλαιοὺς etc. egit et p. 350 sqq. rem ita constituit, ut ab atticistis formulas illas adhibitas esse contenderet et Eust. formulam ex illis in suum usum convertisse putaret. Cui sententiae, quae etsi plurimis locis iusta esse potest, ideo non me addixerim, quod, ut Freyer ipse p. 341 concedit, etiam atticistae οἱ παλαιοί vocantur, quod, ut alias multifariam accidit, etiam Athenaeus vel testes ab illo laudati ab Episcopo κατὰ τοὺς παλαιούς citantur[1]).

Iam autem nobis ad eam quaestionem accedendum erit, utrum recte fragmenta lexici, quod vocatur rhetorici[2]), apud Eustathium adservata ad atticistas revocare liceat necne. Fusius de hac re egit Meier in Opp. II. p. 79. sq. Naber in Prol. ad Phot. p. 48—54. rem obiter tantummodo attigit. Res iterum instituenda videtur, quod primi collectionem fragmentorum, ut spes quidem est, perfectam neque ullo loco egentem afferemus. Meier qui solus ea antea collegerat, rem neque absolvere in animo habuit neque absolvit. Plus sexaginta locos indagavi, quos ille currenti stilo omiserat. — Res ideo fit intricatior, quod Eustathium praeter atticistarum lexica etiam aliis subsidiis lexicographicis[3]) usum esse constat. Fuerunt autem, si recte omnia collegi: 1) Lexicon quoddam anonymum, 2) Etymologicum Magnum, 3) Suidae volumina.

---

[1]) Interdum etiam formulam illam, si in auctore nomina non accurate laudata erant, adhibuit cf. fr. 364. not. 1. ubi episcopum ex scholio Homerico *K* 375 οἱ δὲ ἐσχημάτισαν sibi κατὰ τοὺς παλαιοὺς finxit, unde ipsum ignorasse, qui fuerint οἱ παλαιοί, manifestum est.

[2]) Mire sane Christ. Littgesch. p. 562 lexica rhetorica, quae Eustathius usurpavit, ex Aelio Dionysio et Pausania contracta et opus aetatis byzantinae fuisse contendit.

[3]) Eudemum supra attulimus p. 12 not. 1. Lexica synonymica et Herodori Apionisque opus consulto negleximus.

Ac primum quidem lexicon illud anonymum tribus locis commemoratur: p. 797, 37. (fr. 70) ἐν δὲ ἀνωνύμῳ ῥητορικῷ καὶ ἐρενοβοσκὸς[1]) φέρεται ὁ αὐτὸς (sc. τῷ ἀρηνοβοσκῷ) διὰ τὸ ε̄. Doctrina eadem redit ap. Phot. Suid. Hes. Et. M. 377, 22. — p. 1828, 48. (fr. 266) ἐν δὲ ἀνωνύμῳ λεξικῷ ῥητορικῷ γράφεται καὶ ὅτι ὀξυτόνως, καὶ συνεσταλμένως ὀαὶ ἱματίων. φέρει δὲ καὶ χρῆσιν τοῦ κωμικοῦ ‚ὅτε τὰς ὀὰς ἐποιήσατο'. οἱ γὰρ παλαιοί, φησι, καὶ ταύταις οἰὸς δέρμα προσέρραπτον, ἵνα ἥκιστα τρίβοιντο τὰ κάτω τῶν ἱματίων. Iterum Phot. convenit. cf. fr. 266. not. 5. — p. 1854, 32 (fr. 410) ἡ μορτὴ τὸ ἕκτον, φασί, μέρος τῶν καρπῶν, ἣ ἐδίδοτο τοῖς ἐκτημορίοις, ὡς ἐν ἀνωνύμῳ κεῖται λεξικῷ ῥητορικῷ. Vox μορτὴ nusquam redit. — Lexicon igitur illud ab atticistarum operibus diversum erat: et Photium[2]) imprimis illud adhibuisse constat. Non igitur negandum est, fragmenta illa, quae lexico rhetorico Eustathius adscribit, ex illo opere fluere potuisse: quam ob causam in editione a directis disiunximus, quod res ad finem certissimum perduci non potest.

Alterum lexicon, quod laudatur, fuit Etymologicum Magnum: p. 1397, 54. ἐτυμολογίαν δὲ τοῦ τοιούτου ἄβακος, ὃς καὶ κοινολεκτεῖται, ἐν τῷ μεγάλῳ ἔστιν εὑρεῖν ἐτυμολογικῷ. cf. Et. M. 2, 9. Similia redeunt de ἀβακεῖν voce ap. Eust. p. 1494, 61. cf. Et. M. 4, 2. 29. — p. 834, 46. καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἤγανον πήγανον, ὃ καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ ἐτυμολογικῷ κεῖται. Deest in Etymologico, quod circumfertur, Magno: redit in Et. Gud. 464, 58. — p. 450, 31. βλεπήσεως, ἣ κεῖται ἐν τῷ ἐτυμολογικῷ, cf. Et. M. 199, 36. — p. 884, 8. ὁ δὲ ἐτυμολόγος διὰ διφθόγγου ἀπὸ τοῦ ἀλέω, φησί, τὸ ἀλήθω. cf. Et. M. 162, 36. — Etymologicum Magnum, etiamsi saepenumero concinat cum lexici rhetorici fragmentis, non idem esse

---

[1]) Scriptura falsa videtur. In ceteris lexicis ἐρρηνοβοσκός legimus, quod ab Hesychio diserte poscitur. Culpa erroris non lexicographo tribuenda est: iam ex fonte falsa transtulit.

[2]) cf. fr. 410 et quae de πελάτης glossa Photiana in not. 1. contulimus. — Ex lexicorum, quae se ipsum pertractasse patriarcha testatur, numero, unum tantummodo huc referri posse puto, cod. 156. Dorothei σπουδασμάτιον, quod περὶ ξένως εἰρημένων egit. μορτή enim fuit vox ethnica. cf. p. 30. not. 1.

atque illud testatur locus iam allatus p. 1494, 61. ubi etymologico lexicon rhetoricum oppositum esse videmus, cf. fr. 338. cum not. 1. Heyden p. 231.

Claudit agmen lexicorum (ut Alciphronem atticistam p. 762, 64. laudatum et alios mittamus) Suidae lexicon, quod decies ab Episcopo laudatum habemus: p. 834, 48. de voce ἴννος, Suidas discrepat, p. 1406, 26. παραβλήδην· ἀπατητικῶς. παραλογιστικῶς = Suid., p. 1469, 24. Μαλαίου λίθος = Suid. s. v. Μαλεός, p. 1528, 26. πρόεγμα = Suid. s. v., p. 1538, 46. ὄι = Suid. (qui sua ex Schol. Ar. Pac. 931 descripsit: Eustathius, qui ipse Scholia Aristophanea laudat (p. 1483, 32), ignorare videtur, quali furi fidem faciat). p. 1554, 34. Σουΐδας γοῦν ἐν τῷ ᾱ φησὶν, ὡς ἡ λάρισσα σφαιρίζουσα πίλῳ ὤλισθεν εἰς τὸν Πηνειόν ap. Suid. non iteratur, p. 1571, 26. ἀνδράχλη = Suid. s. v., ib. πυρσουρίδας = Suid. s. v., p. 1851, 25 μισθάριον quod apud Suidam desideratur. Ultimo loco, ne quid omisisse videar, laudatur Suidas p. 445, 24, sed ibi eius nomen nil nisi exemplar declinationis doricae est. — Si locos allatos perlustraveris, nullum invenies, qui cum lexici rhetorici fragmentis conferri possit: nullus in collectione nostra redit, quem ex Suidae lexico depromptum esse, non alii fonti deberi manifestum sit. Immo ex Suidae locis allatis πρόεγμα et παραβλήδην apud Photium redeunt et ad fontem antiquiorem reducenda videntur.

Ad alios igitur auctores redeundum erit: ac procul dubio plurimis lexici rhetorici locis id nobis continget, ut demonstremus, fragmenta illa lexici rhetorici maximam partem ex Aelii Dionysii et Pausaniae operibus depromta esse. Non omnia exempla nobis explanare in animo est: in commentario fragmentis addito si cuius singula perscrutari intererit, quibus de causis singula fragmenta atticistis tribuerim, inveniet. Capita tantum perlustremus.

Eust. p. 1593, 14. (fr. 198) τὸν δὲ Ἡρακλῆν, οὗ πολὺς λόγος τοῖς παλαιοῖς, καὶ Ἡρακλείδην Παυσανίας καλεῖσθαί φησιν.

ibid. p. 989, 46. ὅτι δὲ ὁ δηλωθεὶς Ἡρακλῆς καὶ Ἡρακλείδης ἐκαλεῖτο, ὡς Ἀριστείδης, ἔτι δὲ καὶ Ἥρυλλος ἐν τοῖς σατυρικοῖς, δηλοῦσιν οἱ κατὰ στοιχεῖον τὰ ῥητορικὰ ἐκθέμενοι κτλ.

Eustath. p. 1291, 47. *Παυσανίας δὲ εἰπὼν καὶ αὐτός, ὅτι δόχμη· τὸ τετραδάκτυλον, ἐπάγει· Κύπριοι δὲ τὴν παλαιστήν. ἴσως δέ, φησιν, διὰ τὸ πλαγιάζειν τῇ χειρὶ ἐν τῷ μετρεῖν. δόχμιον γὰρ τὸ πλάγιον* (fr. 136).

Eustath. p. 1421, 63. (fr. 279). *πηνίον δέ ἐστιν ὁ μίτος, ἐξ οὗ καὶ χρυσεοπήνιτον ἄμφιον καὶ ἐκπηνίζω, ῥῆμα παρὰ τῷ κωμικῷ, καὶ ἐκπηνιεῖται, ὅ ἐστι μηρύσεται, καὶ κατὰ Παυσανίαν ἐξειλήσει εἰς πηνίον.*

ib. p. 1291, 35. (fr. 355) *πάραντα δέ, ὡς ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ κεῖται, πλάγια, ἑτεροκλινῆ ἢ προσώμαλα καὶ γήλοφα. δόχμια δὲ τὰ πλάγια.* cf. p. 896, 61.

ib. p. 1328, 49. *ἐκ δὲ τοῦ πηνίου καὶ τὸ ἐκπηνίζειν παρὰ τῷ κωμικῷ, [καὶ ἡ Πηνελόπη δὲ ἀπ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἐρρέθη,] καὶ τὸ χρυσεωπήνιτον· ἑρμηνεία δὲ τοῦ πηνίου τὸ μίτον· πηνίον γὰρ τὸ εἰς μίτον χρήσιμον, ὅς δὴ μίτος ἢ ὁ αὐτὸς τῷ πηνίῳ ἐνταῦθά ἐστι διασαφητικὸς ὢν τοῦ πηνίου ἢ ἀντιδιαιρεῖται τῷ στήμονι καὶ τῇ κρόκῃ, ἣν καὶ ῥοδάνην φασίν, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.*

Pausaniam igitur his tribus locis eundem esse atque lexici rhetorici auctorem manifestum est. Tertium imprimis locum si accurate inspexeris, omnes glossas, non solum *ἐκπηνιεῖται*, ad atticistam revocabis. Penelopae etymologia uncis inclusa eodem loco Eustathii ex Odyssiae commentariis petito redit: ideo, quod primo obtutu quispiam negare poterit, idem locus Odyssiae[1]) etiam ab episcopo respicitur. Optimum autem fructum, quem ex illa messe lucramur, eum esse duco, ut etiam *κρόκη* vocem (cf. fr. 405, quod e duobus Eustathii locis contexendum erat) Pausaniae restituamus.

Cui fragmento atticistis restituto alterum locum addere li-

[1]) Eustathii commentarios ad Odyssiam pertinentes editio Romana inde a pag. 1379 complectitur: me semper numeris editoris Romani contentum fore, si quando Eustathius se ipsum citaverit neque de loco dubitari poterit, semel moneo.

ceat, quo recte perscrutantibus via monstrari poterit, qua ad plura exquisitae doctrinae fragmenta perveniatur. (fr. 377.)

Eustath. p. 1573, 43. ὅτι δὲ τὴν εἴλην οἱ παλαιοὶ καὶ ἕλην φασὶν, ἐν ῥητορικοῖς δηλοῦται λεξικοῖς. ἔνθα κεῖται καὶ ὅτι εἴλη καὶ ἕλη ἡ τοῦ ἡλίου αὐγὴ καὶ εἰληθερεῖν τὸ ἡλιάζεσθαι καὶ εἰλεῖν τὸ ἐν ἡλίῳ ξηραίνειν .... καὶ εἰληθερὲς ὕδωρ τὸ ὑπὸ ἡλίου τεθερμασμένον.

ib. p. 700, 18. ἕλη μὲν γὰρ καὶ εἴλη, καὶ εἴλη, κυρίως ἡ ἐξ ἡλίου, ὅθεν καὶ παράγεται, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ εἰληθερεῖσθαι καὶ τοῦ ὕδωρ εἰληθερὲς καὶ τοῦ θειλόπεδον, ὅθεν θειλοπεδεύειν.

Glossam θειλόπεδον igitur ex eisdem lexicis rhetoricis [1]) derivatam esse apertum est. Ut autem ad auctorem glossarum perveniamus, proficiscendum est ab Et. M. 449, 25. θειλόπεδον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ ξηραίνονται αἱ σταφυλαὶ ἢ ἕτερά τινα. τὴν μέντοι τῶν σύκων ψύξιν τρασιὰν λέγουσιν παρὰ τὸ ἕλη, ὃ σημαίνει τὴν θερμασίαν [2]). In fr. 305 τρασιὰ, οὗ σῦκα ψύγεται legitur (cf. not. 5.) quem locum, quod ἄρριχος redit (cf. fr. 76), ad Pausaniam reducamus necesse est.

Iam vides, quo tendam. Si Et. Mag. Gud. τρασιὰ sub θειλόπεδον citant, etiam glossam θειλόπεδον eiusdem auctoris esse concedemus: sin autem θειλόπεδον bis apud Eustathium cum εἴλη coniungitur, ex eodem fonte glossa derivata esse debet atque εἴλη, i. e. ex Pausaniae atticistae lexico. — Alterum accedit argumentum neque minoris pretii, quod in fr. 155, iterum ex Pausania petito, legitur: καὶ εἰλεῖν τὸ συνάγειν εἰς ταὐτὸ (sc. τὸ πιέζειν) τὰς σταφυλάς. Locis igitur recte inter se comparatis glossas εἰλεῖν, εἴλη, εἰληθερεῖν, εἰληθερὲς, θειλόπεδον, θειλοπεδεύειν omnes diversis ex Eustathii locis petitas earumque explicationes ex Pausania fluxisse didicimus: quae res summi erit momenti, si rationem, qua Eustathius in exscribendis atticistis usus est, capite tertio exponemus.

---

[1]) redit p. 43, 38. ὁποῖόν τι καὶ ἐπὶ τοῦ θειλοπεδεύειν φασὶν οἱ παλαιοί. εἰλόπεδον γὰρ πέδον εἴλῃ βαλλόμενον, τουτέστιν ἡλίου θερμασίᾳ καὶ πλεονασμῷ τοῦ θ θειλόπεδον καὶ ῥῆμα θειλοπεδεύειν.

[2]) Eadem in Et. Gud. 256, 38, ubi cum Sylburgio τρασιὰν pro πρασιὰν corrigendum est. Sturzius mendum foedissimum diligenter servavit.

Sed altera pars argumentationis restat: nondum adhuc etiam **Aelium Dionysium** eundem esse atque lexici rhetorici auctorem demonstravimus. Videas exempla luculentissima:

Eustath. p. 1721, 26. *ἰστέον δὲ ὅτι τὸ βὴ φωνῆς σημαντικὸν καὶ φέρεται παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ* (fr. 97.)

ib. p. 1752, 29. *γράφει Αἴλιος Διονύσιος εἰπών· χύρρε· ἐπίφθεγμα πρὸς τοὺς ὗς.* (fr. 327.)

cf. ib. p. 855, 20. *καὶ κεῖται ἐν ἐπιλογῇ λέξεων ἀρχαίᾳ, ὅτι ἃ ἃ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ — καὶ τὸ βῆ, περὶ οὗ ἀλλαχοῦ δηλοῦται, καὶ τὸ χύρρε συβοτικὸν, ὡς ἐν τοῖς εἰς Ὀδύσσειαν δεδήλωται.* (fr. 337.)

Alterum exemplum mihi petendum est ex *γερόντων συναγωγῇ*, quam ex Aristophane Byzantio per atticistas Eustathio innotuisse apertum est (cf. Prol. Cap. V. § 1.) **Eustath.** p. 1330, 20. (fr. 334. not. 6.) *βλασφημοῦνται οἱ πάνυ γέροντες — καὶ σορέλληνες, περὶ οὗ προεγράφη· τούτου δὲ καὶ θηλυκόν, φασι, ἐπὶ πρεσβύτου τὴν σορέλλην ἀνάκρουσιν.* cf. Eustath. p. 1289, 16. *ἅπαξ δέ, φασιν, ἐνταῦθα ἡ λέξις (σορός) εἴρηται τῷ ποιητῇ, ἀφ' ἧς καὶ σορέλλην παρ' Ἀριστοφάνει* (fr. 198. Kock) *εἰς γέροντα, ὡς ἐν ῥητορικοῖς εὕρηται λεξικοῖς.* Res perspicua est: *σορὸς* uno loco apud Homerum extat: illo tantum *σορέλλην* ab episcopo laudari potuit: laudat ex lexicis rhetoricis: p. 1330, 20 ad illum locum unicum respicitur: p. 1330, 20 autem ex Aelio Dionysio fluxisse apertum est: lexica igitur rhetorica = Aelii Dionysii opera fuerunt. — Tertium exemplum hoc est:

Eustath. p. 1957, 60 (fr. 231.) Lexicon rhet. laudatur quod *κλεισίον* et *κλεισία* cum diphthongo et cum *ι* dichrono profert: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος — ἐν ἑτέρῳ γράφει, ὅτι κλίσιον Ἀμερίας τὸ πρόστῳον ἴσως παρὰ Ἴωσιν, ὡς καὶ Ὅμηρος „περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ" παρὰ δὲ Ἀττικοῖς κλεισίον ὁ μέγας θυρών.* ib. p. 772, 63. *δηλοῖ Αἴλιος Διονύσιος εἰ-*

cf. ib. p. 1413, 32. *ὅτι δὲ ἡ γραφὴ τῆς ἴλης ἐδιφορεῖτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς, δηλοῦσι καὶ οἱ ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς παραδόντες, ὡς καὶ τὸ ἰστέον ἀντὶ τοῦ γνωστέον διὰ διφθόγγου εἶχέ ποτε τὴν γραφὴν ἀπὸ τοῦ εἴδω. καὶ τὸ ἴλη ἐπὶ τάγματος καὶ πλήθους παρὰ τὸ εἰλῶ. καὶ τὸ ἰλυσπᾶσθαι, ὅ ἐστιν ὁμοίως ὄφει καὶ σκώληκι εἰ-*

πών· χειλός· πόα, χόρτος. παρ' αὐτῷ δὲ καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται, ὡς ἡ αὐτοῦ στοιχειακὴ ἀκολουθία βούλεται. cf. fr. 323. c. notis.

λεῖσθαι καὶ σπᾶσθαι, ἤγουν κινεῖσθαι. ὅθεν καὶ εἰλίσπωμα ἡ τοιαύτη κίνησις. καὶ ἡ κλεισία δὲ καὶ τὸ κλεισίον καὶ τὸ πέδειλον διφορεῖται τοῖς παλαιοῖς, καὶ ἄλλα, ἐν οἷς καὶ ὁ χιλός. (fr. 397.)

Quae terna exempla luculentissima sufficient ad opinionem, quam supra protulimus, confirmandam, lexicorum rhetoricorum auctores plerumque nullos alios substituendos esse quam Aelium Dionysium et Pausaniam atticistas. Argumentis, ut puto, certissimis ad nostram sententiam firmandam propositis, iam aliae glossae subiungendae videntur, quae simili ratione ad atticistas revocari possunt.

Utrumque atticistam appellatum esse ἐν λεξικῷ ῥητορικῷ ex Eust. p. 1399, 28 (= fr. 390), si mecum ratiocinaberis, concedes: ἐν δὲ ῥητ. λεξ. ἡγεῖσθαι καὶ ἐπὶ γάμου πομπῆς καὶ προηγητήρ φασιν — ἐλέγετο δέ, φασι, καὶ ἡγήτρια παλάθη τις ἡ πρώτη πεμπομένη ἐν ταῖς πομπαῖς. = Phot. Et. M. 418, 49 [1]). — Ut ad finem perveniamus, proficiscendum est a Schol. Plat. Resp. 470C (fr. 36) ἀλιτηριώδης, quod ex Aelii Dionysii scriniis depromptum esse constat. Eadem fere recurrunt ap. Pseudozenodorum = Mill. Mél. p. 411., apud quem locus plenior, de voce συκοφάντης eiusque origine agens, sequitur. Utramque glossam non Zenodori [2]) esse, dudum omnes existimavere (cf. Nauck, Mél. Gréco-Rom. p. 165, Fresenius, p. 29. not., Cohn, Jahrbb. Suppl. XIII. p. 821). Etiam glossas illas vocem συκοφάντης explicantes ad atticistas reducendas esse puto. Verba haec sunt: συκοφάντης πόθεν; δοκεῖ ἡ συκῆ εὕρημα Διονύσου καὶ τῆς τροφῆς δὲ ἡμέρου πρῶτον ἡγήσασθαι τὸ σῦκον,

---

[1]) Non ex eo, quod hodie extat, lexico Photiano Etymologus excerpsit, sed ex pleniore, quod glossam ἱερὰ συκῆ cum ἡγητηρία coniungit, quae in nostro Photii exemplari omissa est, cf. Nab. l. l.

[2]) Etiam gl. ἀλιτήριος loco suo in codice motam esse Cohn l. l. recte contendit: neque vero solum ἀλιτ., sed etiam gll. συκοφάντης Didymo adscribendae sunt, cum etiam haec vox ap. Plat. Resp. 340D explicetur.

ὅθεν ἡγητήριον ἐκάλεσαν τὴν συκῆν. καὶ ὅταν τὰ πλυντήρια ᾖ, προηγεῖται συκῶν πλάξ, ἣν αὐτοὶ παλάθην προσαγορεύουσιν. — φιλοτιμίαν οὖν ἔχοντες οἱ Ἀθηναῖοι εἰς τὸ πρῶτον (cod. πρῶτοι) αὐτοὶ λαβεῖν σῦκον, καὶ πρὸς οἰωνοῦ ἀγαθοῦ τοῦτο τιθέμενοι εἰς τοὺς ἀγροὺς ἐπεσκόπουν καὶ εἰς τὰς συκᾶς, ζητοῦντες τί πέπειρόν τις ἴδοι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον συκοσκόπος ἐκλήθη ὁ θεωρήσας αὐτὸ πρώτως, ὕστερον δὲ συκοφάντης, ἀπὸ τοῦ φῆναι τὸ σῦκον καὶ ἄλλοις δεῖξαι. ὁ γοῦν περιέργως ἔχων περὶ τοὺς ἀλλοτρίους βίους καὶ σκοπεύων καὶ ἐμφανίζων συκοφάντης ἐκλήθη. — οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι λιμοῦ γενομένου ἐν Ἀθήναις ψήφισμα ἐγένετο μὴ ἐκφέρειν σῦκα. ἐπιτηροῦντες οὖν τινες ἐκφέροντα σῦκα διέβαλλον καὶ παρὰ τὸ περὶ σύκων φάναι, συκοφάντης ὁ ψευδῶς περὶ σύκων φαίνων.

Tria igitur proferuntur: 1. σῦκον idem atque ἡγητηρία, 2. συκοφάντης ex fausto omine, 3. συκοφάντης ex malo omine acceptum. — σῦκον = ἡγητηρία unum et idem esse atque fr. 390. ex lex. rhet. petitum apparet. — Altera explicatio non apud lexicographos redit, sed apud paroemiographos (Zenob. V. 91. σῦκον αἰτεῖς [1]), Plut. 87. Diogen. VIII. 9. Apostol. XV. 85.). — Tertia explicatio (οἱ δὲ λέγουσιν) nobis accuratius inspicienda est. Eadem narratio [2]) redit ap. Schol. 1. Ar. Plut. 31, cui Suid. gl. sua debet. Simillima narrant Plut. de curios. 16. et Athen. III. 74D (= Eustath. p. 1964, sq.). Athen. ad Istrum ἐν τοῖς Ἀττικοῖς (an eadem atque λέξεις Ἀττικαί?) provocat:

---

[1]) Ar. Vesp. 302. non cum Leutschio l. l. inde explicandus est. Neque proverbium illud quadrat, neque σῦκα αἰτεῖν = κολακεύειν sensum aptum praebet: recte iam Schol. τρυφᾶν βούλει.

[2]) Alia habet Phot. (= Schol. Plat. Resp. 340D. Suid. gl. 2.) συκοφαντεῖν· τὸ ψευδῶς τινος κατηγορεῖν. κεκλῆσθαι δέ φασι τοῦτο παρ' Ἀθηναίοις πρῶτον εὑρεθέντος τοῦ φυτοῦ τῆς συκῆς καὶ διὰ τοῦτο κωλυόντων ἐξάγειν τὰ σῦκα, τῶν δὲ φαινόντων τοὺς ἐξάγοντας συκοφαντῶν κληθέντων. Athenienses primos ficum invenisse per se absurdum est: ficus enim nonnullis locis apud Homerum laudatur: etsi illi sunt origiginis iunioris, cf. Hehn, Culturpfl. u. Haustiere p. 77 sq., tamen Athenienses ficum ex Ionia accepisse inde constat. Res sic mihi constituenda videtur, ut excerptor (i. e. Photii et. Schol. Plat. auctor communis) priorem sycophantae explicationem omiserit, et lemma cum altera ita conglutinaverit, ut absurda illa, quam vituperamus, explicatio oreretur.

ἰ. οὐδ' ἐξάγεσθαί φησι τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ' αὐτῶν γενομένας ἰσχάδας, ἵνα μόνοι ἀπολαύοιεν οἱ κατοικοῦντες.

Ita igitur loci disponendi sunt:

συκοφάντης = συκοσκόπος Mill. Mél. 412. gl. 1. Zenob. et ceteri paroemiogr.	*συκοφάντης = κατήγορος* Mill. Mél. 412. gl. 2. Schol. Ar. Plut. 31. Plut. de cur. 16.

Glossa *ἡγητηρία* cum duabus sycophantae explicationibus arte cohaeret. Ath. III. 74 D. primus eam vocem collaudat ex fonte ignoto [1]) *τὸν δ' ἀπ' αὐτῆς* (sc. *τῆς συκῆς*) *καρπὸν ἡγητορίαν διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι ἡμέρου τροφῆς.* Quae explicatio conspirat cum lex. rhet. ap. Eust. p. 1399, 28. (cf. fr. 390. not. 2). Eundem igitur utrique, et Athenaeo et Atticistae, auctorem fuisse inde efficitur. — Glossae *ἀλιτηριώδης* auctor est Aelius Dionysius: gl. *ἡγητηρία* ex lex. rhet. petita: probabile igitur est etiam hoc loco lex. rhet. = Ael. Dion. esse. Quod autem *συκοφάντης* ita cum *ἡγητηρία* et *ἀλιτηριώδης* coniuncta sit, ut glossae discerni nequeant, etiam sycophantae utramque explicationem atticistis deberi suspicor, et ita, ut prior explicatio Pausaniae tribuatur (quem proverbia in deliciis habuisse constat), altera Aelio Dionysio — nisi de duabus Aelii Dionysii recensionibus cogitare mavis.

Res autem mira quaedam accedit: Plut. de curios. 16 enim et vocem *ἀλιτήριος* et *συκοφάντης* sic inter se coniunctas profert, ut easdem explicationes inveniamus, quas apud lexicographos prolatas esse vidimus: *ἀλιτηριώδης ἀπὸ τοῦ ἀλεῖν* (quam etymologiam ineptam ipse in Quaest. gr. 25 reicit cf. Ael. Dion. Schwartz p. 15) et *συκοφάντης ἀπὸ τοῦ φαίνειν.* Non solum igitur utraque explicatio recte atticistis attribuitur, sed etiam id concedere debemus, explicationes Plutarchi et Aelii Dionysii ex fonte communi haustas esse. Qui ille fuerit, difficile est ad diiudicandum. Etiam altero loco Athenaeus ad *συκοφάντης* respicit (III. 78 B): *Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν,* cf. Mill. p. 412. in., neque tamen Athenaeus ipse Sosibium adiit, sed *χρῆσιν* ex alio auctore hausit. Fortasse Chalcenterus ipse glossarum auctor est: cf. Plut. Sol. 24, 2. *καὶ*

[1]) Fortasse Pamphilo cf. Schmidt. Quaest. Hes. p. LXXIV. Schoenemann. de lexicogr. antiquis. p. 80.

σύκων ἐξαγωγῇ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο καὶ τὸ φαίνειν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας κληθῆναι συκοφάντας, ex *ἀξόνων* textu nobis prolata: veriloquium illud *συκοφάντης· ἀπὸ τοῦ φαίνειν* iterum recurrit: textus vero legum Solonearum Plutarchi temporibus deperditus (cf. Grot. Hist. Graeciae II. p. 103 not. 47) optime cognosci potuit ex Didymi libro *περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀντιγραφή*, quem Plut. Sol. 1. ipse collaudat (cf. Schmidt, Did. p. 399): facile igitur tibi persuaseris hunc librum et Plutarchi et Pseudozenodori et atticistarum fontem fuisse. Exiguitate tantum fragmentorum prohibemur, ne certissimis argumentis coniecturam nostram firmare possimus. — Mero autem casui id tribuendum esse arbitror, observationes vere Didymeas excerpto illo Pseudo-Didymeo *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων* olim adiunctas fuisse.

Reliquum adhuc est, ut eos locos breviter indicem, quorum auctorem Aelium Dionysium et Pausaniam fuisse veri simile est. Aelii Dionysii autem fuisse puto: fr. 334. *σορέλλην* (cf. not. 6.), fr. 341 *ἄγμα* et *βήρηξ* (cf. Cap. V. § 2), fr. 343 *ἀθρόος*, fr. 358. *ἄρκιος*, fr. 369 *Γραικός*, fr. 372 *δύο*, fr. 360. *ἀσχέδωρος* et *καπρώζεται*, fr. 365. *Βέλλερος*, fr. 367. *βίβλινον*, fr. 368. *γέμμα*, fr. 384. *Ἐρετριεῖς βαρβαρόφωνοι*, fr. 390. *προηγητήρ*, fr. 394. *θόλος*, fr. 408. *λωτός*, fr. 418. *ὄσσος*, fr. 419. *παππίζειν* et similia (cf. Cap. V. § 1.), fr. 432. *σκῦλον, ἀποσκολύπτειν*, fr. 438 *τιγγάβαρι*. — Pausaniam autem auctorem demonstrari posse hisce in glossis arbitror: fr. 351. *ἀλύσσειν*, fr. 371 *δυοπαλίζειν*, fr. 377. *ἕλη*, fr. 380. *ἐπικωπητήρ*, fr. 401. *καλαμᾶσθαι* et similia, fr. 404. *κοτύλη*, fr. 413. *οἴαξ*, fr. 417. *ὅρμος*, fr. 440 *τρία καὶ δύο*.

Etiam aliis rationibus (ut *ὁ γράψας, οἱ παλαιοί, κατὰ τοὺς παλαιούς* etc.) saepissime atticistas appellatos esse ex eis, quae proposuimus, manifestum est. Unum tantummodo exemplum addere liceat, ut, quid de vocibus *ὁ γράψας, ὁ εἰπών* et aliis censendum sit, statim cognoscatur. Sunt tres loci Eustathiani (fr. 206).

p. 1446, 8 *οἱ δὲ παλαιοὶ τὸν παρὰ τῷ κωμικῷ σάκταν θύλακον*	p. 588, 12. *καὶ μὴν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸν σάκκον φασὶ καὶ δι᾽ ἑνὸς γράφεται*	p. 940, 18. *σάκκος δι᾽ ἑνὸς προεφέρετο παρ᾽ Ἀθηναίοις, καθά φησιν*

ἑρμηνεύουσιν, ὡς δηλοῖ ὁ εἰπών· θύλακος· μάρσιππος· γίνεται δ' αὐτὸς ἀπὸ τοῦ σάττω, σάξω· τὸ φορτίζω.	κ, ὃν καὶ σάκταν φασί, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ κωμικός, ὡς ἀπὸ τοῦ σάττω φορτίζω.	Αἴλιος Διονύσιος κτλ. cfr. fr. 296.

Iam vides, quo tendam. Etiam glossam σάκτας Aelii Dionysii fuisse et ex illius opibus ad posteriores transisse pro certo habeo.

Simile quid fieri videmus loco praeclaro:

Eust. p. 1539, 22.[1]) ὅτι δὲ καὶ πλοίου εἶδος ὁ κέλης δηλοῖ ὁ εἰπών· πέντε κέλητας· τοὺς πεντασκάλμους. — ἔτι δὲ δηλοῖ τὸ αὐτὸ καὶ ὁ γράψας οὕτω· ἐπακτρίδες· αἱ ἁλιάδες. ἐπακτρεῖς γὰρ οἱ κυνηγοί. ἐπακτροκέλης δὲ πλοῖον λῃστρικὸν μεταξὺ ἐπακτρίδος, ἃ καὶ αὐτὰ πλοιάριά ἐστιν.	ib. p. 871, 62. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἐπακτρεῖς ἐλέγοντο οἱ κυνηγοί, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ, ὅτι ἐπακτρίδες· αἱ ἁλιάδες· ἐπακτρεῖς γὰρ οἱ κυνηγοί. ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς ῥηθείσης ἐπακτρίδος καὶ ἐπακτροκέλης κατὰ Αἴλιον Διονύσιον πλοῖον λῃστρικόν, προδεδήλωται (fr. 170.)

Priore loco (p. 1539) igitur ὁ γράψας οὕτω = Aelius Dionysius est, quam opinionem tribus aliis causis firmare possumus. Non multo post enim Παυσανίας δὲ (fr. 259) ita lau-

---

[1]) Stoientin, Jahrbb. vol. 117. p. 125. hoc loco quaestionem movit, an duae explicationes, atticistarum et Harpocrationis, plane inter se diversae statuendae sint. (Harp. ἐπακτροκέλης. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· εἶδος δ' ἐστὶ πλοίου σύνθετον. ἔχον τὴν κατασκευὴν ἔκ τε ἐπακτρίδος καὶ κέλητος). Quam Harp. glossam apud Et. M. 353, 7.* (cf. Et. Gud. p. 196, 42. sic legendum: ἐπακτρεῖς· οἱ κυνηγέται, ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν τοὺς κύνας· ἐντεῦθεν καὶ ἡ ναῦς ἡ γαλέα (ἁλιάς? cf. Steph. ad Et. M. l. l.) ἐπακτρὶς καὶ ἐπακτροκέλης ἐν συνθέσει) B. A. 255, 13. redire putat. Vocem enim σύνθετον Harpocrationis sic explicandam esse censet, ut de conficiendo navigio, non de voce formanda adhibeatur. Recte hanc sententiam de Et. M. loco Freyer p. 265 refutat: in Bekkeri autem lexico quinto habemus συνετέθη τὸ ὄνομα!! Stoientini explicatio nimis artificiosa esse videtur, cum συνθεῖναι terminus sit plerumque grammaticus: eum qui navigium et ἐπακτρίδι et κέλητι simile extruxit, etiam vocem ἐπακτροκέλητα invenire potuisse concedendum est.

datur, ut huius doctrina Dionysii verbis opponatur: deinde vero ὁ εἰπών· πέντε κέλητας, si voces recte in unam πεντεκέλητας contraxeris, idem est atque ὁ γράψας (= Ael. Dion.), quem de talibus compositis egisse ex fr. 153. πεντέπηχυ κτλ. certum est: postremo autem utrobique ἐπακτροκέλης vocem habes, quam episcopus se apud Ael. Dion. solum invenisse testatur. — Lexici rhetorici auctorem in p. 871 laudatum Pausaniam esse suspicari tantummodo licet, quod plane conspirat cum Aelio Dionysio.

Cave tamen nimis talibus rationibus fidem tribueris. Iam supra p. 14. contra disputatum est: exemplum sequatur luculentum, ut cognoscatur etiam Koppii (de Ammon. et cett. distinct. synon. Regimonti 1883) ratiocinationem, p. 16. prolatam „protinus mihi persuasi, Eustathium — ad certam classem librorum spectare (i. e. ad scholiastas Homericos)“ non meliore uti fundamento, quam opinionem Freyeri supra p. 19. allatam. Apud Eust. p. 956, 1 enim legimus: ἰστέον δὲ ὡς πολλαχῶς ὁ ζυγός. διὸ καὶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ διάφορα· ζυγὸς γὰρ ἵππων, ὅθεν καὶ ἵππος ζύγιος, ζυγὸς βοῶν καὶ τοιούτων τινῶν, ἀφ' οἱ τροπικῶς οἱ ὁμόζυγοι καὶ τὸ διαζύγιον καὶ τὸ ζυγομαχεῖν, ὅ ἐστιν ἀντερίζειν. ζυγὸς ἐπὶ σταθμοῦ, καθ' ὃν ζυγοστατοῦντες λέγονται ἀδικεῖν τινες ἐν ζυγοῖς. seq. fr. 188. ex Pausania petitum[1]). Doctrina, praesertim si Cap. III. examinaveris, ex atticistarum scriniis depromta esse videtur (cf. Heyden, Leipz. Stud. VIII. 210), fortasse Pausaniae excerptum. Res eo fulciri videtur, quod plurimae lexicographorum glossae cum allato loco concinunt. Neque tamen res se ita habet. Saepissime enim de ζυγὸς vocabulo episcopus agit: omnes vero loci ad fontem quendam redeunt, cuius de nomine Eust. nos celavit, fortasse quod ipsi ignotum erat. Optime autem ad Δ 167. rem explicat: p. 460, 30. ubi ὑψίζυγος (= is qui superne libram tenet) explicatur. Deinde pergit: εἰς τοῦτο δὲ ὑπεναντιοῦται ὁ

[1]) M. Schmidt. Did. p. 107. ex consensu Scholii Soph. Trach. 692 (p. 318. Papageorg) cum Hes. et Et. M. 412, 28. Didymum auctorem agnoscit, cuius vestigia Pausanias presserit. — Etymologici glossam in duas partes secuit, quarum alteram etym. ex Diogeniano mutuatus sit, alteram Methodius (?) ex lexico rhetorico descripserit: quod fieri nequit, cum eadem glossa extet ap. Phot. Recte igitur Heyden l. l. totam glossam Etymologi ex lex. rhet. petitam ad Pausaniam rettulit.

εἰπὼν, ὅτι ζυγὸς παρ' Ὁμήρῳ οὐ συνήθως ἐπὶ σταθμοῦ. ζυγὸν γὰρ ἐκεῖνος οἶδεν ἅρματος καὶ ἁμάξης καὶ ζυγόδεσμον ἱμάντα τὸν ζυγὸν τῶν ζώων ζευγνύντα. — λέγει δὲ ὁ ῥηθεὶς προσεχῶς παλαιός· ζυγὰ καὶ καθέδραι ἐρεσσόντων, ὅθεν ὑψίζυγος ὁ ὕψι καθέδραν ἔχων. Conexus cum atticistis statui non potest. Plurimi vero loci cum nostro conspirant (p. 665, 30. 946, 55. 1349, 64.), etiam Et. Gud. 232, 42 (Et. M. 412, 26) ubi Ἡρώδοτος auctor nostrae doctrinae appellatur, quod Lentzius Hemsterhusii opinionem secutus felicissime in Ἡρωδιανός mutavit (Herod. I. 140, 9. Suid. s. v. ζυγομαχεῖν). Glossa vero ζυγομαχεῖν, quae verbis Herodianeis iniuncta est, ex atticistis petita esse videtur, cum apud Phot. (cf. Nab. l. l.) Hes. Suid. Lex. Bachm. 247, 7. redeat.

Hanc igitur rationem ingressi sumus, ut talibus glossis, quae formulis illis incertis ornatae sunt, tum tantum uteremur, cum alia et maioris momenti argumenta accederent, cum autem illa deficerent, plane abstineremus, quod res nimis in lubrico posita esse videtur.

CAP. III.

Neque tamen illa sola est via, qua ad augenda et amplificanda atticistarum fragmenta procedere possis. Etiam altera patet, qua maiorem numerum glossarum ab Eustathio explicatarum atticistis revindicare licebit.

Eustathius enim, qui illa purissimi sermonis lexica imprimis adamavit, plerumque, simulac vocem quandam obsoletam vel mores non amplius propagatos vel proverbia explicare voluit, rem ita instituit, ut non solum unam glossam in lexicis evolveret, sed occasione fausta oblata saepius magnam catervam propinquarum aut derivatarum adderet.

Quam rem episcopus ipse testari videtur p. 565, 19. (fr. 419) ἐν δὲ ἐκθέσει συγγενικῶν λέξεων φερομένων ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ [1]), quo in loco voces παππίζειν, ἄπφα, πάππα, μαμμία,

[1]) Fuit Aelii Dionysii lexicon: conveniunt enim, quae de τήθη (fr. 309. not. 3) et de πάππος (fr. 253. not. 2) exhibet.

ἠθεῖος, ἄπφιον, ἄπφα, ἀπφύς, ἐπίπαππος, τηθή, τηθίς, πάππος, γήρειον vel afferuntur vel explicantur.

Quae verba Eustathii aliter intellegi nequeunt, quam episcopum excerpta Aristophanis Byzantii (cf. Cap. V. § 1.) in atticistae opere suo loco distributa invenisse et inde, quae ad propositum quadrare viderentur, iterum collegisse.

Rem, quam posuimus, multis aliis locis demonstrare possumus. Redeamus ad locum illum, quem iam supra p. 18. obiter tetigimus, ad fr. 305. *ταρσοί.* Totus ille locus ita comparatus est, ut singularia discerni ac diversis auctoribus tribui nequeant. Cum autem fr. 76. *ἄρριχος* insertum sit, statim cognosces Pausaniam ab Eust. adhibitum esse: deinde locus quidam Aelii Dionysii insertus, quem *ἕτεροι δὲ* excipiunt: *ἕτεροι* autem illi nemo fuerunt nisi Pausanias, quod *κρεμαστήρ* vox repetitur: singularia ex notis colligere placeat.

Alterum exemplum afferre liceat fr. 225. (Eustath. p. 1769, 32) *κατουλάδα νύκτα Παυσανίας φησὶν ὡς κατίλλουσαν καὶ κατείργουσαν, [καθὰ καὶ ἐξούλης φησὶ δίκη ἡ τῆς ἐξείρξεως.] ἕτεροι*[1] *δὲ τὴν πανώλεθρον* (sc. *νύκτα*)*· οὖλον γὰρ τὸ ὀλέθριον ἢ τὴν ἔχουσαν συστροφὰς ἀνέμων. ἴλλειν γὰρ καὶ τὸ συστρέφειν. [ὅθεν ἰλλὰς παρὰ Ἴωσιν ὁ ἀπὸ λυγμοῦ δεσμὸς ἐν Ἰλιάδι, καὶ τὸ „ἰλαδὸν εἰς ἀγορὴν" καὶ οὐλὴ θρὶξ. ἢ καὶ ἄλλως] κατουλὰς νὺξ ἡ ζοφώδης· ἀπὸ τῆς κατὰ σῶμά, φασιν, οὐλῆς [ἀφ' ἧς καὶ ὕπουλος ὁ κακότροπος] μελαντέρα γάρ, φασιν, αὐτὴ ὡς ἐπιπολύ.*

Multa igitur Eustathius congessit, quae inter se vix cohaereant: ea quae uncinis inclusimus, sine ullo detrimento reici possunt, quod nexum sententiarum turbant et a proposita voce *κατουλὰς νὺξ* plane abhorrent. Cave tamen id feceris: optimae enim eruditionis frustula sunt, ex Pausaniae ipsius lexico petita, ut comparatis p. 947, 6. (fr. 155) *ἰλλάδες δέ φασι κατ' Ἴωνας δεσμοὶ ἐξ ἱμάντων ἢ λύγων ἀπὸ τοῦ εἴλλω ἢ ἴλλω τὸ συστρέφω, ὡς ἐν εἴδει στρεβλώσεως. λέγεται γὰρ ἐπὶ τοιαύτης σημασίας τὸ εἰλεῖν, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Παυσανίας κτλ.* et Phot. *κατουλάδα. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ· ἐπεύχομαι δὲ*

---

[1]) Non alius grammaticus ab Eustathio laudatus est, sed testis quidam a Pausania adhibitus. cf. Phot. s. v.

νυκτὶ τῇ κατουλάδι· τὴν κατίλλουσαν καὶ κατείργουσαν. καὶ ἐξούλης δίκη· ἡ ἐξείρξεως. οἱ δὲ τῇ πανωλέθρῳ ἐσομένῃ τοῖς Ἕλλησιν. οὖλον γὰρ τὸ ὀλέθριον. καὶ ἡ κατὰ πρόθεσις αὔξησιν ἔχει. ἢ ζοφώδη· ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σῶμα γινομένης οὐλῆς· μελάντεραι γὰρ καταιγίδας ἔχουσαν καὶ συστροφὰς ἀνέμων. εἴλλειν γὰρ τὸ συστρέφειν.

Res igitur sic instituta erat, ut maiorem Pausaniae glossam (ut apud Phot. asservatur) bis in suum usum Eustathius converteret, et nomen (quae res summi momenti est) multo posterius adderet: accedit, quod loco allato *ὕπουλος* glossam loco minime apto inseruit, quam et ipsam atticistis deberi fr. 155. not. 5. luculenter demonstrabitur.

Cui glossae statim tertiam ex eadem radice derivatam addemus, ubi idem fieri iam locus Eustathianus ipse suadet fr. 209. (p. 206, 27): *ἰστέον δὲ ὅτι τὰ κατὰ τὸν στραβὸν οἱ παλαιοὶ*[1]) *καὶ οὕτω φράζουσιν. οἱ μὲν ὡς βλεπεδαίμων. ὁ διεστραμμένος τὰς ὄψεις καὶ οἷον ὑπὸ δαίμονος πεπληγώς. Παυσανίας δὲ προστίθησι καὶ ὅτι τοὺς Σωκρατικοὺς οὕτως ἔλεγον. ἄλλοι δὲ ὅτι ἰλλὸς· πλάγιος, διεστραμμένος, στραβός. καὶ ἰλλώπτειν· τὸ στραβίζειν. τινὲς δὲ ὅτι ἔπιλλος· ὁ παράστραβος, καὶ ὅτι ὁ στρεβλὸς, ὃν οἱ παλαιοὶ*[2]) *στραβὸν λέγουσι καὶ ὅτι ἰλλώπτειν καὶ ἐπιλλώπτειν· τὸ ὑγροῖς, ὡς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, καὶ ἐπιμύουσι καὶ κατακεκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπειν. Παυσανίας δὲ ἐνίλλειν· τὸ ὀφθαλμοῖς καταμωκᾶσθαι, καὶ ἐπιλλοῦν· τὸ μυκτηρίζειν, καὶ κατιλλώπτειν· τὸ καταμυκτηρίζειν.* — Quem locum ideo attuli, quod inde optime perspicitur, Eustathium ex diversis lexicorum locis hanc dissertationem de vocibus ab *ἰλλὸς* = *πλάγιος* derivatis contulisse. Voces enim singulae in lexicis adhuc extantibus neque usquam coniunctae (ut s. v. *κατουλάδα* fieri vidimus) inveniuntur: immo huc illuc dispersae sunt, ut adnotationibus ad fr. 209. explanavi. Priore glossa perlustrata facile quis Eustathium iam omnia ita apud atticistas coniuncta invenisse putaverit, ut nihil nisi in *παρεκβολὰς* ea transcribere ei relinqueretur: quod ego eis tantum in

---

[1]) i. e. veteres ipsi, non lexicographi. cf. Suid. *ἰλλὸς* — *στραβός. Ἀριστοφάνης.* Eodem sensu *ὁ μὲν* — *ἄλλοι δὲ* — *τινὲς δέ* accipienda videntur, cum ad *οἱ παλαιοί* respiciant.

[2]) iterum veteres ipsi, cf. Phot. *στρεβλὸς.* — *Εὔπολις.*

glossis concedendum esse puto, quae etiam apud Photium ceterorumque agmen coacervatae extant.

Tales glossas iam apud atticistas non defuisse et extitisse in Pausaniae lexico s. v. ἀνάστατοι (fortasse ex Didymi lexico comico per Pamphilum ad Paus. pervenit cf. Cap. V. § 2.) iam Suid. s. v. ἀνάστατοι docet, quem conferas cum Pausania ap.

Eust. p. 1165, (fr. 51. 94) ὁ δὲ — Παυσανίας λέγει καὶ ὅτι αἱ ῥηθεῖσαι σελῆναι τὰ πέμματα καὶ πέλανοι ἐλέγοντο, καὶ ὅτι πεμμάτων εἶδος καὶ οἱ ἀνάστατοι πλακοῦντες, καὶ οἱ χαρίσιοι καὶ οἱ ἀμφιφῶντες, καὶ φθόϊς δέ, φησι, πέμματα μετὰ σπλάγχνων ἐσθιόμενα (l. θυόμενα) κτλ. —

Suid. ἀνάστατοι. πλακοῦντος εἶδος. οὗτοι δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρρηφόροις ἐγίνοντο. ἐλέγοντο δέ τινες πλακοῦντες καὶ χαρίσιοι .... οἱ δὲ ἀμφιφῶντες .... φθοῖς δέ εἰσι πέμματα, ἃ τοῖς θεοῖς καὶ μετὰ τῶν σπλάγχνων ἔθυον, πέλανοι δε τὰ εἰς θυσίαν πέμματα, πόπανα δὲ ⟨πλακούντια[1]) πλατέα καὶ λεπτὰ καὶ περιφερῆ⟩ καὶ ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς σελήνας πελάνους εἴρηκεν Εὐριπίδης. (fr. 352. Nauck).

Quos locos, si comparaveris, facile animum induces (ita Rindfl. p. 100), Eustathium sua ex hac una Pausaniae adnotatione transscripsisse. Haud abnuerim: quamquam id unum recordandum est, etiam ad singula illa liborum genera glossas a lexicographis servatas esse; ut ad σελῆναι ap. Phot. Hes. Suid., ἀνάστατοι Suid. Hes., ἀμφιφῶντες cf. fr. 51. c. notis, φθοῖς cf. fr. 94, not. 8, et alia, quae in notis enumeravimus. Aliud autem accedit. Pausanias enim paullo ante locum supra allatum laudatur, ibique proverbium βοῦς ἕβδομος explicat, quod cum sacris placentis coniunctum fuisse luculenter demonstrat, unde episcopus facile ad cetera liborum genera transmigrare potuit.

Ne de Pausania tantummodo verba faciamus eundemque in errorem, quem Cobeto eiusque satellitibus obiecimus, incidamus, etiam de Aelii Dionysii glossis similem in modum comparatis verba facienda erunt. Ac primum quidem provoco ad

---

[1]) Lacunam ex Suid. s. v. πόπανα explevimus.

fr. 6 (Eustath. p. 1854, 27 [1]) *κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δ' αὐτοί, φησι, καὶ ἀστάνδαι Περσικῶς. τίθεται δέ φασιν* [2]), *ἡ λέξις καὶ ἐπὶ φορτηγῶν καὶ ὅλως ἐπὶ ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν, ὅθεν καὶ ἀγγαροφορεῖν· τὰ φορτία φέρειν, ἄλλως τε καὶ ἐκ διαδοχῆς καὶ ἀγγαρεύεσθαι· τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι.* — Eadem omnia apud Suidam s. v. extant paullo aliter ordinata. Fortasse haec omnia Eustathius una in glossa invenit. Neque tamen Rindfleischium p. 28. sequamur necesse erit, quod singulae glossae omnes recurrunt seiunctae in sexto Bekkeri lexico (B. A. 325, 2. sq., 455, 31), quod maximam partem ab atticistis pendere iam dudum cognitum est, cf. Nab. Prol. p. 134.

Alterum exemplum luculentissimum exhibet fr. 337. illud longissimum: *καὶ κεῖται ἐν ἐπιλογῇ λέξεων ἀρχαίᾳ* (quam supra Aelii Dionysii opus esse — fortasse alteram eius editionem propter *ἐπιλογὴ* vocem — vidimus p. 19.) *ὅτι ἃ ἃ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ — τὸ ἀρῦ — τὸ ὢ ὄψ — τὸ ὢ ὄπ — μᾶ — ψὸ — βῆ — χύρρε — τὸ ψίττα — τὸ σίττε*, quae non coniuncta sed singula apud ceteros lexicographos extare notae docebunt. cf. fr. 92. — Simile quid accidit in fragmento no. 187. quo Aelius Dion. de zetacismo attico egit. — Idem fit in fr. 116. ubi Eustathius *δάπιδες, τάπιδες, δάπητες* ab Aelio Dionysio diserte laudatas esse tradit (cf. fr. 304.) — Sed ut cetera mittamus (exempla plura quivis facile inveniet), ad argumentum validissimum, quod vel Thomae illi persuadebit atticistarum opera ita ab Eustathio usurpata esse, ut, quae ad propositum demonstrandum apta essent, undecunque ex eis colligeret, mihi

---

[1]) Inde a p. 1853, 62 incipit locus ille memorabilis, quo plures voculae ethnicae ad *χοῖνιξ* glossam ex *παλαιῶν* doctrina petitam (cf. Suid. gl. 1., Hes. Schol. Ar. Plut. 276) adiunguntur, ut *ἄβρα, ἀβυρτάκη, βουνός, μανδύας, ἀρράβαξ*, quae atticistis debentur, *μορτὴ* cf. fr. 410, et tres aliae, quarum origo nondum constat: 1. *ἄγγατος· τὸ εἰς ἀναδενδράδα ξύλον* (cf. Hes.). 2. *ἄγγος· εἶδος δόρατος φραγγικοῦ* (sequioris igitur aetatis). 3. *ἀπεσχοίνισται* (cf. Hes. s. v. *ἀπεσχοίνισται, ἀποσχοινίζεσθαι*, B. A. 422, 31. 437, 2. Suid. *ἀπεσχοίνισεν, ἀποσχοινίσαντες*).

[2]) Cave cum Rindfl. l. l. *φησιν* Eustathio obtruseris: talia saepissime ap. episcopum accidere videmus. Levissima anacoluthia ab atticistarum nominibus ad *τὰ ῥητορικὰ λεξικὰ* transire solet.

provocandum est: ad fr. 217., ubi Aelium Dionysium triginta exempla et unum protulisse audimus, ut genus nominum atticum ab communi usu diversum esse demonstraret. Talia eum una in glossa protulisse? Minime: immo singulis locis (ut iam Rindfl. suspicatur et Schwartzius fecit) in editionibus suis de his vocibus egit, quod duabus imprimis de causis probabile est: apud lexicographos nulla glossa, quae haec omnia complectatur, apparet: immo singulis locis (cf. notas) singulas voces protulerunt. Deinde vero pluribus aliis locis Eustathius vel singulas glossas quas in illa congerie protulerat (*ἁρπάγη* fr. 199, *σκότος* fr. 300., *ζυγὸν* fr. 188) laudat vel, ut fit p. 73, 39 cf. p. 855, 37 (fr. 361. 418) in longiore disputatione grammatica voculas illas inserit, quae in fragmento illo luculentissimo exhibuerat: sic l. l. redire videmus *τάριχος* et *σκότος*: *ὄσσος* ex lex. rhet. fuit (cf. fr. 418): *ἄφενος* vero *ὄνειδος* etc. quae sub finem adiunguntur, in atticistae loco adhuc desiderantur. Nisi credere vis, Eustathium haec priore loco omisisse, mihi certo concedere debebis ea ex singulis lexicorum locis collecta et unum in corpus quasi redacta esse.

Eustathii igitur rationem lexica compilandi talem esse demonstratum est, ut occasione data vocem quandam attico usui propriam ex atticistarum lexicis adumbraret et, quod lexica illa in deliciis habuit eorumque in studio incubuit, seriem derivatarum vel propinquarum adderet.

Alterum quoque accedit, ut hanc ei methodum fuisse concedamus: f r a g m e n t a e n i m a t t i c i s t a r u m n o n h u c i l l u c d i s p e r s a e t s o l i t a r i a l e c t o r i o c c u r r u n t, s e d a c e r v a t i m i n v e n i u n t u r. Quod singulis locis illustrari potest: Cum in primis ducentis paginis nullum fere occurrat fragmentum, in p. 206. coniuncta videbis fr. 101. *γελοῖον* fr. 209. *ἰλλός*, fr. 448. *χωλός*, p. 226 habes fr. 301. *στρουθοί* et fr. 261 *νεοττὸς*, in p. 331. sunt fragmenta Pausaniae: *Θετταλικὰ γέρα, Θετταλῶν σόφισμα, Ἔμβαρος εἶ* (fr. 204. 163), p. 368 fr. *δίρκοι, Κᾶρες, Κάρδακες* (fr. 131, ex praef., fr. 222), p. 396 fr. *τιτιγόνιον, δένδρον, δενδρυάζουσαν* (fr. 87, 119), vel ut ad Odysseae commentarios nos ablegemus p. 1384—1387. fr. *Δίες, ἀγαθώτερος, γλεῦξις, ἀθρόος, καθημαξευμένως, μέγαρον* (fr. 137, 4, 110, 343, 218, 254) p. 1390—1392 fr. *κακκάβη, Θελγῖνες, κέσκος, ἀλαωπός* (no. 217,

436, 229, 348). p. 1417 fr. ἀφάδιον, ἦδος, εἰκοσαστάδιον (no. 153, 190). Locorum numerus facile possit augeri: plura adponere noluimus, quod iam antea singula tetigimus, cf. p. 30. not. 1.

At id casu factum esse mihi oppones. Minime: si enim singularia acrius intuitus eris, semper de vocibus propinquis sermonem esse intelleges: glossae autem illae in lexicis ad nostra tempora servatis suo loco (i. e. in elementorum ordine) redeunt, unde iterum perspicuum fit, quali modo Eustathius fontes suos adierit. Ita enim, ut iam summam repetamus, egit, ut quae proposito versui vel explicationi favere viderentur, undique ex illis lexicis colligeret et ita rem disponeret, ut potius lexica ad rerum ordinem disposita, quam τάξιν στοιχειακὴν sequentia, adiisse obiter inspicientibus videatur.

Qua ab Eustathii ratione in edendis atticistarum fragmentis nobis non discedendum esse duximus: primo quod glossas collectivas non ab atticistarum consiliis alienas esse apparet (cf. ἀνάστατοι): deinde, quod pluribus in glossis parum constat, unde sumpta sint (cf. εἴλλω, κατουλάδα, εἰθύφαλλος similia): postremo (eamque gravissimam causam esse duco) quod locis Eustathianis integris melius eius methodum, qualem exposuimus, omnibus manifestam futuram esse speravimus.

CAP. IV.

Operae pretium facturus esse mihi videor, si ea, quae de statu illorum lexicorum erui poterant, brevibus exposuero. Nemo enim ea, etsi optima aetate confecta sunt, omnino absoluta et mendis carentia fuisse suspicabitur: immo et ipsa corruptelis et erroribus inquinata fuerunt: non enim errores omnes posteriorum librariis crimini dandi sunt, sed iam in fontibus extabant. Neque lexica illa vetusta mendosa fuisse mireris. Quicunque enim lexica adhuc extantia inspexit, quam foedis atque innumeris mendis inquinata sint, haud ignorat. Exempli gratia unum tantummodo in partes vocabo, Etymologicon Gudianum[1]), qua in singulis fere lineis menda vel lexicographi ipsius tollere poteris.

[1]) Suo iure Kopp, Beitr. p. 129, editionem Sturzianam vehementer

Etiam lexicographos saepius errasse, et mira neque digna, quae credantur et adhuc in lexicis circumferantur, protulisse iam Naber Prol. p. 51, qui atticistas ipsos s. v. *οἰκοτρίβαιον* a priorum temporum auctoribus deceptos esse censet, luculenter demonstravit. Tales autem errores etiam plures fuisse in atticistarum codicibus, quos Eustathius manibus versabat, nunc docebo.

Priusquam autem exponam, qualia episcopus diligentissime servaverit, ad unum locum respicias, unde, quam stulte etiam codicis vel librarii errores ipse depinxerit, statim aperietur. P. 964, 64. *ὄσσεσθαι ἀπὸ τῆς ὄσσης, ἣν καὶ ἐπὶ μαντείας τίθησι· τοιαύτη δὲ λέξις ἔστιν ὅτε καὶ ἡ ὄψ ὡς Ἀ. Διονύσιος παρασημειοῦται λέγων ὄπα τὴν κληδόνα καὶ ὀπεύεσθαι τὸ κληδονίζεσθαι. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ* (597) *ὀπευόμενος κάθηται.* Si vero locum Aristophaneum evolves, habes *ὀττευομένη δὲ κάθηται.* Ex Eustathii igitur verbis apertum est, eum revera *ὀπεύεσθαι* scripsisse (*ττ* igitur cum *π* confudisse), quod vocem ab *ὄψ* radice derivare studet. Erroris culpa, quam primo apud atticistam fuisse credideris, episcopi est: nam ceteri lexicographi vocem suo loco exhibent et episcopus ipse rem retractat p. 1398, 29, sed ita ut recta lectione utatur! Falsam Lysistratae lectionem igitur non atticistae obtrudemus, sed ei restituemus, cui debetur, i. e. episcopo, qui Aristophanem evolvere minime curavit.

Non igitur mirabimur, quod episcopus errata vetustissimae originis, quae iam ab atticistis ex eorum fontibus deprompta indeque usque ad nostra tempora propagata sunt, diligenter nobis conservavit.

Ac primum quidem exempla mihi afferenda sunt, ubi

---

increpat. Parum fuit Kulenkampii apographon tantummodo prelo tradere: vitia quae in singulis paginis occurrunt, tam horrenda ac foeda sunt, ut credere vix possis. Ut luculentissima proferam, cf. p. 7. *ἄγω· τὸ κλάνω, ἐξ οὗ καὶ τὸ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη.* Sed *κλάνω* nihil est: *κλάω* restituendum. P. 552, 1. *ἱμάτιον χωρίς* nihil est: *ἱματιοφορίς* legatur. Talia emendare cuiusvis est, cum menda editor ex ceteris lexicis tollere potuerit atque debuerit. Alia eiusmodi cf. p. 43. not. 1. p. 48. not. 1. Utinam mox sospitator operis illius pretiosi exsistat, qui Sylburgii et aliorum emendationes iterum publici iuris faciat et editionem dignam paret.

lemma tantummodo eiectum et posteris igitur ignotum fuit. Cf. p. 940, 27 (fr. 296) *σακεύειν φησὶ τὸ ὑλίζειν ὡς Ἡρόδοτος χρήματα ὑποσακιζόμενοι καὶ ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ.* Iam Meier Op. II. p. 79 fragmentum turbatum esse ostendit. Voces *χρήματα ὑποσακιζόμενοι* novam glossam incipiunt, quod Herod. IV. 23 ad *σακεύειν* respicit. Meier igitur tres glossas fuisse censet:

1. *σακεύειν· τὸ ὑλίζειν· Ἡρόδοτος.*
2. *χρήματα ὑποσακιζόμενοι· ἀναλοῦν καὶ ὑφαιρεῖσθαι.*
3. *ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ· προκόπτειν.*

(Heyden p. 218. Rindfl. p. 104. prorsus illum sequuntur. Naber ad Phot. *ὑποσακίζειν, ... τὸ προκόπτειν καὶ ἀναλογοῦν*: pro Dobraei *ἀναλοῦν* scribere mavult *ἀνὰ λόγον*. Dobraei coniectura Phrynichi auctoritate firmatur B. A. 68, 30.) — Quam reconstructionem ideo improbandam esse puto, quod *χρήματα ὑποσακιζόμενοι* contra omnia lexicographorum exempla infinitivis explicaretur: participia immo .expectaveris. Photii vestigia premere malim et sic atticistas scripsisse puto:

ὑποσακίζειν· ὑπεξαιρεῖν· ἀναλοῦν καὶ ...... ,χρήματα ὑποσακιζόμενοι', ita ut *χρῆσις* sint verba *χ. ὑ.* (fortasse comica)

ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ. φασὶ τὸ προκόπτειν. — Naber Prol. p. 171 et. l. l., quod eaedem corruptelae atque in Phot. etiam in Et. M. 783, 26 recurrant, etymologum sua ex Photio deprompsisse affirmat. Heyden l. l. inde effici contendit, *ῥητορικὴν λέξιν* ab etymologo laudatam ex atticistis haustam esse. Quem sequor, quod iam apud atticistam ipsum (in fr. 296 allato) nonnulla turbata sunt, quae apud posteriores omnes redeunt.

Alterum exemplum lemmatis omissi redit in fr. 251[a] *μάλθη*. cf. not. 2. Non enim *μαλακὸς κηρός*, qui omnibus notus erat, A. Dionysio explicandus erat, sed glossa oblitterata, quam etymologica servarunt.

Alterum genus corruptelarum est, ut voces apud Eust. et apud lexicogr. explicentur, quas nemo unquam audivit. Ex fr. 87. apertum est, Pausaniam *τιτιγόνιον· ζωύφιον ὅμοιον τέττιγι* in lexico suo explicasse. Phot. et Hes. vero glossas exhibent *τιγόνιον: ἐπὶ νηπίου τίθεται* et Hes. *τιγόνιον· εἶδός τι Ἀριστοτέλει.* Utraque glossa suo loco occurrit, i. e. post vocem *τίγγα*, unde iam manifestum est, neque Photium neque Hesychium in

illa afferenda offendisse. Formam autem *τιγόνιον* falsam esse, vel inde apparet, quod nusquam recurrit nisi ap. Ath. IV. 133B[1]), ubi lectio in dubium vocatur, et, quod summi est momenti, nullus alius Aristotelis locus ab Hesychio in partes vocari potuit, quam Hist. anim. V. 30., ubi unanimiter *τιτιγόνιον* legitur. Res igitur manifesta est: quod Hes. et Phot. eandem corruptelam proferunt, iam fuit in fonte communi, i. e. apud atticistas. Immo error fortasse etiam fuit vetustior, quod apud Athen. l. l. redit, quem ex Pamphilo plerumque pendere constat. — Glossae Phot. *τιγόνιον* et *τιτιγόνιον* utrique debentur atticistae, cum utraque post glossas *τίγγα* (= *τιγγάβαρι*) redeant, cf. Nab. l. l. et Prol. p. 72.

Similem corruptelam habes ap. Paus. fr. 160 (= Eust. p. 897, 58). *οὐ μόνον σφηκίσκοι ἀριθμητικὸν σχῆμα ἀλλὰ καὶ ξύλα μικρὰ εἰς ὀξὺ συνηγμένα.* Vox *μικρὰ* corrupta et ex Hes. Schol. Ar. Plut. 301. *μακρὰ* restituendum est. Hunc enim vocis sensum posci locus Aristophaneus ipse suadet, cum de cyclope occaecato agatur. Aristophanis vero locum glossae originem fuisse Suidas, qui eum attulit, demonstrat. Corruptum autem illud *μικρὰ* apud lexicographos ad unum omnes redit. cf. Phot. Suid. Et. M. 738, 38. Suidas, qui *χρῆσιν* servavit, locum Aristophaneum explicationi suae contradicere non vidit, sed glossam antiquitus depravatam in sua transtulit. — Tertia corruptela est Paus. fr. 182. (= p. 965, 47.) *ἐρυσμός· λάχανον θερμαντικόν* (= Phot.) Forma *ἐρυσμός* nemini audita: ubique habemus *ἐρύσιμον* cf. fr. 182. not. 1. Ex consensu vero Eustathii et Photii corruptelam iam in Pausaniano codice fuisse consentaneum est. — In fr. 185 (= p. 1864, 14) traditur, Milesium et Ephesium olim Olympiae luctatum esse neque Milesium quidquam profecisse, quod Ephesius talis *Ἐφέσια γράμματα* circumligavisset: quibus lectis et solutis Ephesium tricies humi procubuisse. Numerus ille *τριακοντάκις* sane mirationem movet, cum inter omnes constet, iam satis fuisse, ut adversarius t e r caderet et umeris solum arenae tangeret: cf. Philostr. Gymn. II. p. 266, 8. ed. Kays. Eandem doctrinam etiam atticistis in usu fuisse docet

---

[1]) Locus ideo suspectus, quod Eustath. p. 1282, 40, qui eum exscribit, formam *τριγόνιον* praebet. cf. fr. 87. not. 2.

Phot. Suid. s. v. τριαχθῆναι cf. B. A. 114, 23. Locum corruptum esse iam Naber ad Phot. ἐφέσια γράμματα gl. 1. suspicatur. Quae medela adhibenda sit, adhuc ambigitur. Nobis satis est demonstrasse eandem corruptelam, cum apud Eust. Phot. Suid. redeat, iam in Pausaniae codicibus circumlatam fuisse.

Deinde duos locos, ut minora mittamus (cf. fr. 180, not. 1, ubi ἕρμα ap. Phot. Suid. restituendum est, fr. 204. not. 6.), inspiciamus, ubi res intricatior esse videtur. — In fr. 305 (= p. 1625, 16) legitur Ἀ. Δ. φησὶν ὅτι ταρροὶ καὶ ταρσοὶ καὶ τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν. Conv. Phot. Suid. Et. M. 747, 1., qui addunt καὶ τὸ πτέρωμα καὶ Θουκυδίδης (cf. not. 7.) Locum Thucydideum autem non ad πλατύσματα τῶν κωπῶν, sed ad ταρσοί· τάλαροι referendum esse ex Thuc. II. 76, 1. statim apparet. Unde Phot. Suid. Et. M. iam ex lutulento fonte hausisse, i. e. ex codice Aelii Dionysii depravato, concedes.

Res multo difficilior nobis occurrit in fr. 197 (= p. 338, 24) ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἐκ τῶν προρρηθέντων Ἀσιανῶν Μαγνήτων ἡ Ἡρακλεία λίθος ἦν[1]· φησὶ γοῦν Ἀ. Δ. οὕτω· Ἡράκλεια ἡ καὶ Μαγνησία· δεκαοκτὼ δὲ πόλεις Ἡράκλεια, ἐξ ὧν μία Λυδίας, ὅθεν ὁ Ἡρακλεώτης λίθος, ὁ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενος Μάγνης, ὁ ἐπισπώμενος τὸν σίδηρον. Iam Leop. Cohn (Jahrbb. Supplem. XIII. p. 784) recte exposuit, duas praecipue veterum opiniones de magnete circumlatas fuisse: alteram Dionysii (redit ap. Phot. Suid. s. v. Ἡρακλεία λίθος, Phot. s. v. Λυδία λίθος, Et. M. 573, 8), qui magnetem = ἡ. λ. fuisse affirmat, alteram Diogeniani (cf. Schol. Plat. Ion. 533D: Διογενιανὸς δὲ Μαγνῆτιν μὲν πλανᾶν λέγει τὴν ὄψιν λίθον, ὡς εἴη ἀργύρῳ ἐμφερής, τὴν δὲ Ἡρακλεῶτιν ἐπισπᾶσθαι τὸν σίδηρον. Hes. s. v. Ἡρακλεία λίθος, Λυδία λίθος, μαγνῆτις λίθος) qui id confidenter negat. Res ideo est intricata, quod apud Phot., id est apud auctorem, qui praecipue atticistas depinxit, utraque opinio coniuncta apparet. Locus autem mea quidem opinione, qualis est, recte se habere nequit. Legitur: ἡρακλείαν λίθον. τινὲς (= Ael. Dion.) τὴν μαγνῆτιν ἀπέδοσαν διὰ τὴν Ἡρακλείαν τῆς Μαγνησίας. ἔνιοι (= Diogenian.) δὲ ὅτι ἡ μὲν ἐπισπω-

---

[1]) Etiam haec verba contra Rindfl. p. 80. atticistis tribuenda sunt, quod rectum lemma Ἡρακλεία λίθος exhibent, quod in ceteris lexicis redit.

μένη τὸν σίδηρον Ἡρακλεῶτις, ἡ δὲ Μαγνῆτις[1]) ὁμοία ἐστὶν ἀργύρῳ ὡς Εὐριπίδης Οἰνεῖ (fr. 571 Nauck)

τὰς βροτῶν
γνώμας σκοπῶν ⏑ ὥστε (?) μαγνῆτις λίθος
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν.

οὐ λέγει νῦν ὑπὸ τῆς μαγνήτιδος λίθου τὸν σίδηρον, ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμένων δόκησιν ἕλκεσθαι πλανωμένην ὡς ἐπ' ἀργύρῳ[2]).

Χρῆσις enim ex Oeneo Euripidea allata tantummodo ad priorem (= Ael. Dion.) sententiam referri potest. Quae lexicographus sat inepte in loco Euripideo vituperat, ideo reicienda sunt, quod sine ulla dubitatione μαγν. λ. ab Euripide sensu tropico adhibebatur. Talibus argumentis lexicographus nemini persuadebit, Diogeniani opinionem veram esse, etsi iam Plat. Ion. 533 D (θεία δύναμις, ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν Μαγνῆτιν ὠνόμασε, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν) falsa protulisse Diogenianus (= Hes. Ἡ. λ.) arguit. Si igitur Photii locum recte corrigemus, res ita mihi constituenda videtur, ut apud atticistas (vel eorum fontes) locus fuerit ille Euripideus, Diogenianus autem doctrinae Platonicae oblocutus locum Euripideum (quem Plato l. l. respexisse videtur) iterum retractaverit, et explicationem illam artificiosam addiderit.

Neque tamen res absoluta est. Occurrit enim tertius quidam locus, qui omnia, quae diligenter struximus, iterum diruere videtur. Phot. Bibl. cod. 279. (ex Helladio) οὗτος (sc. Dionysius paullo ante laudatus) μέν φησιν οὐχὶ μαγνῆτιν ἀλλὰ Ἡρακλείαν καλεῖσθαι τὴν λίθον, ἥτις ἕλκει τὰ σιδήρια. πολλοὶ δὲ ἄλλοι τὴν αὐτὴν καλεῖσθαι καὶ Μαγνῆτιν καὶ Ἡρακλείαν λέγουσιν, ἀποδιδόντες καὶ τὰς αἰτίας τῆς διαφόρου σημασίας. Dionysius autem atticista fuit (cf. Nab. Prol. p. 194 sq.). Quae Helladii glossa optime convenit cum Phot. Suid., atticistae loco

---

[1]) De re cf. Plin. h. n. XXXVI. 129. deterrimus autem in Magnesia Asiae candidus neque attrahens ferrum.

[2]) Ultima verba sensu carent: fortasse legendum est: πλανωμένην ὡς ἐπ' ἀργῷ (sc. σιδήρῳ), ut Et. M. 573, 8 (loco ceterum huc non referendo) de magnete exhibet. An verba μαγνῆτις ὁμοία ἐστὶν ἀργύρῳ, cum natura ipsa obstet, recte se habeant, dubito. Error (si error est, non mendum) et atticistis et Diogeniano (cum ap. Phot. Suid. Hes. redeat) communis est.

supra allato contradicere videtur: neque tamen revera illi contradicit: immo res ita comparata est (ut saepissime factum esse videmus), ut novus quidam auctor quasi adlegetur, ubi tantummodo verba prioris auctoris, qui novum fontem adiit, adduntur, ut *πολλοὶ ἄλλοι* nihil aliud sit, quam opinio altera ab atticista ipso collaudata. Eustathii igitur locus lacer mihi esse videtur: totam Aelii Dionysii doctrinam servaverunt Phot. Suid. Ael. Dion. duas iam opiniones protulit, quarum neutram suam fecit, Diogenianus vero eam amplexus est, quae magnetem = *Ἡ. λ.* fuisse negat. Quod autem eadem explicatio artificiosa loci Euripidei apud Phot. Suid. legitur atque ap. Hes. respicitur (si enim Platonem increpat, eum Oenei locum falso sensu accepisse insimulat), haec opinio Diogeniano fuit vetustior: non enim atticistas ex Diogeniano hausisse cuiquam probatum est. Ex communi fonte potius hauserunt, qui hoc loco vix repperiatur, cum Athen. et Poll. taceant.

CAP. V.

Cum in codicum Dionysii et Pausaniae, quales Photii et Eustathii temporibus fuerunt, describendorum ratione viderimus et ipsa illa lexica non mendis caruisse et probabile factum sit, atticistas menda ex fontibus, quos ipsi adierunt, nonnunquam transtulisse, facile, quanti momenti eorum doctrina sit, minoris, quam par est, aestimetur. Quod iniuria fieri, inde manifestum erit, quod eisdem mendis imprimis adiuvamur, ut fontes illos agnoscamus, unde atticistarum doctrina manaverit. Iam supra saepius loci nobis attingendi erant, quibus per doctrinam aetatis Hadrianeae usque ad Didymum et, si diis placet, ad Alexandrinorum inexhaustam scientiam progredi licebat. Hoc capite ea nobis exponenda proposuimus, quae adhuc de atticistarum fontibus congeri potuerunt. Quam quaestionem hodie absolvi posse, dum tot praeclara adiumenta veteris et exquisitae doctrinae adhuc lateant, dum veteres ipsi vel incuria vel malignitate de veris auctoribus sapientiae, quam pro sua venditant, taceant, nemo expectaverit. Non systema hodie dari et offerri poterit, singula tantum, neque inter se conexa, proferemus.

Ut autem ratione progrediamur, fragmenta, quae hunc

usque ad diem adservantur, sic dividenda videntur, ut singula genera eruditionis, qualia apud utrumque atticistam apparent, secernamus et per se singula contemplemur.

Quattuor autem genera eruditionis[1]) imprimis disiungenda sunt:

1) Ea quae ex libris ex rerum ordine dispositis de vitae aetatibus, de moribus Atheniensium, de ludibriis, de nuptiis petita sunt, quae, ut breviter dicamus, cum Aristophane Byzantio congruere videntur. Aelius Dion. et Pausanias passim hos libros adierunt, sed ita, ut maior pars fragmentorum Aelii Dionysii ad rem iudiciariam[2]) spectet, Pausanias vero vitam privatam (glossae nuptiales ad unam omnes illi debentur) magis illustrasse videatur. Huc addendae sunt glossae ex operibus Didymi et Pamphili detractae: illa enim opera et ipsa ad rerum ordinem processisse Bappius (Leipz. Stud. VIII. p. 126 sq.) et Schoenemannus (de Lexicogr. ant. Bonn 1886) docuerunt.

2) Glossae, quae vel grammaticam vel orthographiam illustrare conantur, non multae, sed memoria dignae: quarum in numero a) eae, quae vetustioris originis (fortasse, ut unum auctorem seligamus, Tryphonis) esse videntur neque communem doctrinam sequuntur, secernendae sunt ab eis b) quae cum Herodiani et grammaticorum, qui eius doctrinam sequuntur, i. e. cum opinionibus inde ab altero p. C. n. saeculo propagatis conspirant.

3) Glossae, quae proverbia explicant, ut ita dicamus paroemiographicae: res sane ardua, in quam nuper Hotop, Neue Jahrbb. Suppl. XVI. p. 251—313 diligenter inquirere studuit et causis idoneis demonstravit, Eustathium nec Zenobium nec ceteras *παροιμιῶν* collectiones adiisse (p. 274) et atticistis sua imprimis debere. — Unde vero Pausanias (is enim hic potissimum respiciendus est) sua deprompserit, non explicat. Res, cum adhuc sub iudice lis sit et melior et plenior editio paroemiographorum adhuc desideretur, ad meliora tempora reicienda esse videtur.

---

[1]) Utilia huc attulit Rindfl. p. 22. sq.

[2]) Sic iam Phot. Bibl. c. 152. cf. p. 5.

4) Glossae, quas atticistae sibi ipsis, i. e. lectioni veterum assiduae et excerptis ex auctorum vel fabulis vel libris pedestri oratione conscriptis, debent.

Qua in via ingredienda non omnia genera aeque perlustrari posse, per se manifestum est: primam et alteram partem maioris momenti esse quam quartam is, qui fragmenta examinaverit, statim concedet: primum et alterum igitur potissimum genus elegimus, cetera (tertio omisso) obiter tantummodo tangemus.

§ 1.

Ac primum quidem nobis in id genus glossarum inquirendum est, quod e libris rerum ordine dispositis petitum esse videtur. Quorum agmen ducunt glossae quae ex excerptis Aristophaneis ad nos pervenerunt. cf. Nab. Prol. p. 71—75.

Atticistas opera Aristophanis Byzantii compilasse certissimum est. Legitur enim ap. Eustath. p. 971, 30. *λέγει δὲ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα συγγενικὰ ἐκγραψάμενος καὶ ὅτι ἀπφὺς παρά γε τοῖς Ἀττικοῖς βάρβαρόν ἐστιν — λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ἄπφαν τὴν ἀδελφήν, καὶ ἄπφιον ὑποκόρισμα ἐρωμένης καὶ ἄλλα τινά, περὶ ὧν ἐν ἄλλοις γέγραπται.* cf. p. 565, 23. (fr. 419). *Χρῆσιν* Theocriteam, quam Eust. utrique loco addit, neque Aristophani neque atticistis tribuo, quod explicatio insulsa est, et quod episcopus ad locum notissimum XV. 14. alludit. Compilator iste nemo alius fuit quam Aelius Dionysius, cuius fr. 309. praecedit: *συγγενικά* vero Aristophanis sunt. — Alter locus, quem ex coniectura probabilissima ad atticistas rettulimus, est p. 565, 19. (fr. 419). *ἐν δὲ ἐκθέσει συγγενικῶν λέξεων φερομένων ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ.* Idem est atque Aelii Dionysii lexicon, cf. fr. 253. 309. 419. Recte iam Freyer hoc vidit (Lpz. Stud. V. p. 392), qui Fresenii p. 54. vestigia premens Aristophanem Aelii Dionysii auctorem fuisse contenderat. — Quod autem *συγγενικῶν* librum certum est in atticistarum opellas transmigrasse, singula illius libri fragmenta cum atticistarum fragmentis comparanda sunt (Nauck. Ar. Byz. p. 128—150.). Fragmenta illius libri imprimis deberi Eustathio (cui excerpta Aristophanea ad manum fuisse et Fresenius l. l. et L. Cohn, N. Jahrbb. Suppl. XII. p. 371 sq. demon-

straverunt) iam Nauckius p. 129. aperuit, cuius ordinem sequor. Ac primum nobis occurrit in p. 133. (= Eust. 648, 56) *λέγει δὲ αὐτὸς καὶ ὅτι ἡ μὲν Κασάνδρα τῇ Ἑλένῃ γάλως ἐστίν, ὁ δὲ Ἕκτωρ δαήρ. αὐτῆς δὲ ὄνομα οὐχ εὑρίσκεται. καταλείπεται δή, φησιν, ὁριστικῷ λόγῳ ἀδελφοῦ γυνή.* cf. Eust. p. 648, 26 (fr. 100.) *δηλοῖ δὲ ἡ μὲν γάλως τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφήν, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται, ὁποία ἐστὶ τῇ Ἑλένῃ ἡ Κασάνδρα. κατὰ δὲ Αἴλιον Διονύσιον καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα. πρὸς ἀλλήλας γάρ, φησι, λέγονται.* Aelius igitur Dionysius primo quidem Aristophanem sequitur, ut docet exemplum ex Homero depromptum (quod ex more fit Aristophani cf. Nab. Prol. p. 74.): deinde vero eius doctrinam supplet et auget. Nauckium igitur, qui Ael. Dion. Aristophanis doctrinam ignorasse censet p. 136, non sequimur: intellegi enim non potest, cur Casandra *γάλως* ab Helena vocari potuerit, idem facere ipsa vetita fuerit.

Eodem in fragmento Dionysiano duae aliae voces occurrunt, quas Aristophani tribuendas esse Nauck. p. 136. et ib. not. 21. recte censet: *εἰνάτειρ*[1]) *τὴν σύννυμφον δηλοῖ, ὁποία Ἑλένη τῇ Ἀνδρομάχῃ.* Res firmatur ex Arist. Byz. ipso ap. Mill. Mél. p. 432, 4. *γάλλως τῇ γυναικὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή. δαὴρ δὲ ὁ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφός. εἰνατέρες δὲ αἱ νῦν παρὰ τῇ συνηθείᾳ σύννυμφοι.* Cum hoc ex loco apertum sit, Aelium Dionysium Aristophanis vestigia premere, idem fieri mihi concedes in voce *ἀέλιοι· κατὰ τοὺς παλαιοὺς αἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἔχοντες.* Etiamsi Athous et cetera excerpta tacent, vel inde probabile est, Aelium sua debere Aristophani, quod glossa illa ita ex more Eustathii cum ceteris Dionysianis coniuncta apparet, ut de eadem origine vocum propinquissimarum dubitare nequeamus. —

[1]) = Schol. Lipsiense ad *Z* 378. Nauck. l. l. not. 21. scholion illud (id. in Townleyano nomine Aelii Dion. omisso) ita scribit: *ἃς συννύμφους φασί τινες.* Falso: cum apud illum scholiastam recte legantur *ἃς συνήθως φασί τινες ἀνδραδέλφας.* — Scholia Lipsiensia ex Eustathio fluxerunt, neque nova continent, quae ad atticistarum doctrinam augendam utile quid adferant. Apparent nomina Ael. Dion. ad *ε* 504, *ζ* 378, *κ* 334, Pausan. ad *ε* 726. *κ* 23. *κ* 357. An scholia (ad *α* 607. *τὸ ἧχι χωρὶς τοῦ κελεύει γράφειν Διονύσιος, καὶ παρατίθεται τοὺς Δωριεῖς λέγοντας ἆχι* (ead. in Townleyano nomine auctoris omisso) et ad *ο* 635. *ὁμοστιχάει. συμπορεύεται. βάρβαρον δὲ εἶναί φησιν αὐτὸ Διονύσιος*), ad atticistam spectent, dubito. In lexicis nil simile est.

Quartus accedit locus ap. Eust. 316, 12. *τήθη ἐστὶν ἡ τοῦ πατρὸς μήτηρ ὡς ἡ Ἀερόπη τῷ Ὀρέστῃ, καὶ ἡ τῆς μητρὸς δὲ μήτηρ ὡς τῷ αὐτῷ ἡ Λήδα· ταύτας*[1]) *δὲ μάμμας τινές φασι καὶ μαίας*. cf. Mill. Mél. 431, 13. Iterum Aelius Dionysius Aristophanis doctrinam suscipit: Eust. p. 971, 28. *τήθην — ἥν, ὡς λέγει Ἀ. Δ., ὀκνοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ μάμμην λέγειν, ὡς τῶν πολλῶν*[2]) *οὕτω τὴν μητέρα λεγόντων*, sed ita, ut doctrinam Aristophaneam et ipse amplificaret et corrigeret. Aristophanes enim voces *τηθή, μάμμη, μαῖα* omnes eodem sensu adhiberi affirmaverat: Aelius D. vero *μάμμην* Atticorum usui demere studuit, quod etiam pro ‚matre', non solum pro ‚avia' adhibeatur. *μαῖα* vero omnino non respexit, quam vocem Doriensibus in usu fuisse constat.

Quinta accedit vocula *τηθαλλαδοῦς* quae et ipsa atticistarum est, cf. fr. 399. not. 2. Ael. Dion. dicit: *τηθαλλαδοῦς, ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσι παρὰ τὴν τηθήν*. cf. Nauck, Ar. Byz. p. 139 (ex Eust. p. 971) *τηθαλλαδοῦς καὶ σκῶμμα εὐηθείας ἔχει, ὡς τῶν ὑπὸ τοιαύταις* (sc. *τήθαις*) *τεθραμμένων εἰς εὐήθειαν ἐπιδιδόντων διὰ τὸ ἀνειμένον τῆς τροφῆς κτλ.*[3]) fortasse tamen non ex libro *περὶ συγγενικῶν*[3]) fluxit, sed e libro *περὶ βλασφημιῶν*, ubi Aristophanes vocem iteraverat. (Mill. Mél. p. 421). Aristoph. ipse vocem laudat ap. Mill. Mél. 434 (= Eust. p. 971, 42 sq.), unde Leop. Cohn, Jahrbb. Suppl. XII. p. 318 ab Eustathio librum *περὶ προσφωνήσεων* adhibitum esse effecit.

Aristophanem Byzantium *ἐν συγγενικοῖς* igitur ab Aelio Dionysio exscriptum, interdum etiam amplificatum et correctum esse manifestum est. Iam videamus, num etiam ceteros viri illius doctissimi libros adhibuerit. — Fresen. p. 13. satis idoneis de causis excerptum Athoum, quod *ὀνόματα ἡλικιῶν* (Mill. Mél. p. 428) inscribitur, in plures partes divisit imprimisque docuit, glossas inde a voce *ἀστὸς* (p. 432, 23) ex alio Aristo-

---

[1]) Et ipsa Aristophanis verba esse docet Mill. Mél. l. l., Nauckius olim eicere studuit.

[2]) Nauck. p. 139. not. 23 *παλαιῶν* scripsit: haud recte. cf. Phryn. Lob. p. 133 et p. 135. Poll. III. 17.

[3]) *συγγενικὰ* Fresenius, de lex. Ar. et Suid. excerptis byz. p. 53. Aqu. Matt. 1875 praetulit, quod Eust. l. l. tantummodo de *συγγενικοῖς* ageret.

phanis libro depromptas esse, cui, quod genuina inscriptio deest, nomen περὶ πολιτικῶν ὀνομάτων intrusit. (cf. Poll. III. § 51.) Cui libro imprimis eas glossas excerptor Byzantinus deprompsit, quas apud atticistas redire videmus s. v. ξένος, ἰδιόξενος et similibus in fr. 282.

Mill. Mél. p. 433, 3. ξένος ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως παρεπίδημος καὶ ὁ ἐν ἀρχῇ γενόμενος συνηθείας καί γνωριμότητος. Ἰδιόξενος· ὁ ἐκ πλείονος χρόνου, ἢ ἐκ πατέρων παραδοχῆς τηρῶν πρός τινα διάθεσιν καὶ ὁμόνοιαν, κἂν ἐφ' ἑτέρας πατρίδος ᾖ· Πρόξενος. ὁ κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάτης ὢν πόλεως καὶ φροντιστής. Δορύξενοι δὲ οἱ κατὰ πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησάμενοι. Simillima in fr. Parisin. § 15. cf. Nauck. p. 80. 191. Eadem nomine auctoris omisso ap. Schol. Luc. IV. p. 138. ed. Jacobitz, Anecd. Bachm. II. p. 320, 3. Tria igitur ξένων genera enumerantur: ἰδιόξενοι, πρόξενοι, δορύξενοι. Eandem partitionem habes apud Ammon. p. 118. Valck. Et. Gud. p. 484, 29 [1]) (cetera lexica tacent.). — Qua cum doctrina si atticistae verba comparaveris, statim, unde hauserit, intelleges. πρόξενοι κατ' Ἀ. Δ. οἱ ὅλης πόλεως ξένοι παρ' οἷς καὶ πρέσβεις κατάγονται. καὶ αὐτοὶ πρέσβεις προσάγουσι πρὸς τὸ δημόσιον. ἀστόξενοι δὲ οἱ ἐκ προγόνων μὲν ἀστῶν, αὐτοὶ δὲ ξένοι καὶ ἀνανεώσεως δεόμενοι, ὁποῖος Ἀγαμέμνων ἐν Λυδίᾳ. δορύξενοι δὲ οἱ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτοὺς ξένοι γεγονότες τισίν. ἰδιόξενοι δὲ οἱ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτοὺς ξένοι ὄντες. Παυσανίας δὲ περὶ ἀστοξένων οὕτω φησίν· ἀστόξενοι οἱ γένει προσήκοντες τῇ πόλει ἀνέκαθεν, οὐκ ὄντες δὲ πολῖται, ὡς ἐν Κορίνθῳ Γλαῦκος ὁ Ἱππολόχου τοῦ Βελλεροφόντου. ἕτεροι δὲ οὕτω· ἀστόξενοι οἱ γένει μὲν ἐξ ἀρχῆς προσήκοντες ἐπὶ δὲ ἀλλοδαπῆς γεγονότες. περὶ δὲ δορυξένων ὁ αὐτὸς Παυσανίας φησίν, ὅτι δορύξενος ὁ ἐκ πολεμίων φίλος καὶ ὁ πρεσβευόμενος περὶ λύτρων, εἰ ζωγρηθεῖέν τινες. Uterque igitur atticista sine ulla dubitatione Aristophanem ipsum com-

---

[1]) Locus ille corruptissimus est: iure editorem increpes, quod tam inepta et facile corrigenda iterum proposuerit. Legas: δορύξενος δὲ ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος φίλος. ἁλοὺς γὰρ καὶ ξενίων τυχὼν ἀφείθη παρὰ τοῦ πολεμίου λύτρα λαβόντος· μνᾶ δ' ἦν ἡ τεταγμένη· κομίσας δὲ καὶ φυλάξας τὴν πίστιν ἐγένετο φίλος καὶ δορύξενος ἐκαλεῖτο. cf. Duker. ap. Valck. Animadv. ad Ammon. p. 152 sq.

pilaverat: quartum autem hospitum genus uterque addiderat: *ἀστόξενοι*. His additis repetitur doctrina, ubicumque occurrit (cf. fr. 282 not. 1.) Ita fit, ut exempla nonnulla addam, ap. Eust. p. 405, 38. p. 485, 12 [1]), in ea Scholii Lucianei parte [2]), quae doctrinam vere Aristophaneam praecedit. Singulos locos lexicographorum perscrutari non necesse est: id tantum nova serie exemplorum demonstraretur, quod dudum compertum est, eos ex atticistarum opibus pendere. Id unum moneo, ap. Hes. s. v. *ἀστόξενοι* Pausaniae opinionem cum altera (*ἕτεροι* ap. Eust.) repetitam esse vix dissentiente, quae *χρῆσις* quaedam fuit, non novum quoddam lexicon ab episcopo evolutum.

Excerpta Aristophanea ab atticistis igitur nova voce augeri videntur: *ἀστόξενος* enim nusquam in exc. Byzantinis redit. Res tamen secus est. Excerptores tantummodo vocem omiserunt, vel socordia commoti, vel quod *ἀστόξενος* = *ἰδιόξενος* esse censuerunt. Adfuisse vero in libris Aristophaneis vocem *ἀστόξενος* docet Poll. III. 59. *πρόξενος καὶ προξενία, ἀστόξενος, ἰδιόξενος, δορύξενος, ἄξενος, πολύξενος καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἐθελοπρόξενος. ὁ μὲν πρόξενος, ὅταν πόλεως δημοσίᾳ προξενῇ τις ἐν ἄλλῃ πόλει, ὡς ὑποδοχῆς τε τῶν ἐκεῖθεν φροντίζειν καὶ προσόδου πρὸς τὸν δῆμον καὶ ἕδρας ἐν τῷ θεάτρῳ. ποιεῖ δὲ ταῦτα καὶ ἐθελοπρόξενος ὁ ἀνάγραπτον* [3]) *τὴν προξενίαν ἔχων. ἰδιόξενος δέ ἐστιν ὁ ἰδίᾳ τινὶ τῶν ξένων φίλῳ χρώμενος, ὡς Περικλῆς Ἀρχιδάμῳ, καὶ καταγωγῆς τε αὐτῷ προνοούμενος καὶ τἄλλα συνδιοικούμενος, τῶν ἴσων δὲ καὶ αὐτὸς, εἴ ποτε παρ' ἐκεῖνον ἔλθοι, μεταλαμβάνων. ἀστόξενος δὲ κατὰ μέν τινας ὁ αὐτὸς τῷ ἰδιοξένῳ, κατὰ δέ τινας ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῇ δὲ ἀστός. ἐνίοις δὲ δοκεῖ ὁ φύσει μὲν ἀστὸς, δόξῃ δὲ ξένος, ὡς Δαναὸς Ἀργείοις, ἀπὸ Ἰοῦς τῆς Ἀργείας ἔχων τὸ γένος. δορύξενος δὲ ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος.* — Ple-

---

[1]) Locus Pausanianus plenior, quam supra laudatus cf. not. 5.

[2]) Schol. illud, quod Freyer p. 285. primus accurratius tractavit, haec continet: 1) Aelii Dionysii doctrinam 2) aliam quandam *προξένων, ἰδιοξένων, ἀστοξένων* distinctionem aliunde ignotam 3) ea, quae *οἱ νεώτεροι τῶν ῥητόρων* senserint. 4) Arist. Byz. doctrinam secundum fr. Par. 5) Aelii Dion. verba iterata. Plerumque concinit Ioann. Sic. ad Hermog. vol. VI. p. 363. Walz. [3]) *ἄγραπτον* recte iam Bekk. coniecit.

rumque eum cum Aristophane Byzantio et atticistis consentientem vides: plenior autem est quam illi, quod ἐθελοπρόξενος vocem inserit, quam vocem neque atticistis neque Aristophani defuisse, inde conicio, quod apud lexicographos multifariam repetitur, cf. fr. 282. not. 4. — Pollux igitur plenissima exhibet, apud Eustath. atticistae ἐθελοπρόξενον omiserunt, maxime (ut par est credere) excerpta Byzantina Aristophanis doctrinam contraxerunt. Pollucem autem illo libro III. 30—50. Aristophanis vestigia pressisse, dudum constat: idem fieri in § 51 —83. Fresenius sat idoneis de causis comprobavit (p. 13: ,quin pendeat Pollux ex Aristophane, dubitari nequit'). Ideo etiam voces ἀστόξενος et ἐθελοπρόξενος in opere Aristophaneo fuisse concedemus. Supra autem diximus Hes. ἀστόξενοι. οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες. οἱ δὲ τοὺς ξένους μὲν ὄντας, ἐπὶ τιμῇ δὲ ἀστοὺς γενομένους plane consentire cum Pausaniae opinione, qui et ipse ad priora lexica provocaverit. Illa vero atticistarum opinio recurrit ap. Poll., qui eam secundo loco profert (κατὰ δέ τινας, ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῇ δὲ ἀστός). unde apertum est, hanc explicationem vocis ἀστόξενος et ipsam ex Aristophane Byzantio depromptam esse.

Rem igitur ita constituimus, ut Polluce adiuvante atticistas explicationes vocum a ξένος derivatarum ex Aristophanis libro περὶ πολιτικῶν ὀνομάτων mutuatos esse doceremus. Quo lemmate illas voces protulerint, neque certum est, neque multum refert. πρόξενοι praetulimus, quod locus Eustath. ab illa voce incipit. Neque tamen mero casui tribuerim, quod fr. Par. Ath. voce ἰδιόξενος incipiant et doctrina Aristophanea αὐτολεξεὶ translata ap. Phot. Suid. sub lemmate ἰδιόξενος nobis occurrat. Eust., ut mos erat, ea voce incepit, quam explicandam sibi proposuerat, et ceteras subiunxit. — Aristophanis doctrinam, si quis cupiet, etiam aliunde amplificare poterit. Supra enim iam exemplis Homericis et mythologicis eum usum esse, ut ὀνόματα συγγενικά illustraret, intelleximus p. 41. In excerptis quidem haec exempla recidebantur, apud atticistas vero, Pollucem, scholiastas Homeri nonnulla pellucent, quae Aristophanis fuisse suspicor. ἀστόξενος enim Dionysio est Agamemnon in Lydia versans (Eust. l. l.) vel Atreus in Phrygiam proficiscens (Schol. Hom. Δ. 377), Pausaniae vero Glaucus Ἱππολόχου τοῦ Βελλε-

ῥοφόντου[1]) Corinthi degens (Eust. l. l.) δορύξενοι autem sunt Glaucus et Diomedes (Schol. Hom. l. l.). —

Tertius liber, qui Aristophani Byzantio debetur, fuerunt *ὀνόματα ἡλικιῶν*[2]), quode cf. Nauck. p. 87 sq. Etiam ex illo variae ac pretiosissimae doctrinae pleno nonnulla ita cum atticistis concinunt, ut nexus inter illos auctores statui debeat. Incipiamus a Mill. Mél. 429, 13., προβεβηκώς, ὑποπόλιος, ὃν καὶ ὠμογέροντα καλοῦσιν (cf. Nauck p. 68 sq., qui ceteros locos huc spectantes collegit). Tota illa doctrina repetitur ap. Eustath. p. 1330, 10. ἔστιν ὠμογέρων κτλ. (fr. 334), sed ita, ut alter locus ex libro περὶ βλασφημιῶν cum nostro contaminatus sit, et ita, ut lemmatis Aristophaneis explicatio addatur. Habes voces Aristophaneas: ὠμογέρων, ἑφθὸς γέρων (cf. Nauck p. 98 sq.) προπόλιος[3]): omnes ex libro ὀνόματα ἡλικιῶν depromptas et explicatione illustratas. Ultimam vero vocem Aelius Dionysius ipse inlustravit: ἐστὶ δὲ *προπόλιος* κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ὁ θᾶττον καὶ πρὸ τοῦ δέοντος πολιὰς ἐσχηκώς. — Deinde autem eodem in fragmento βλασφημίαι γερόντων adnectuntur. Catalogus ille (Κρόνοι, Ἰαπετοί, Σαπροί, βεκκεσέληνοι, πρωτοσέληνοι, τυμβογέροντες) plane concinit cum Sueton. ap. Mill. p. 423 (i. e. cum Aristophane ipso, quem Suetonius compilaverat). Sequuntur παρεξηυλημένοι cf. not. 5., quae vox sola explicatur (apud Ar. Byz. explicatio deest). Deinde ap. Mill. Mél. tres glossae, et ipsae explicatae, sequuntur (θαλλοφόρος, γράπτης, τυφογέρων), quae in excerpto Eustathiano desiderantur. Tum habemus σορόπληκτος et σοροπλήξ, quae σκωμμάτων ad senes respicientium agmen Suetonianum claudunt. Apud Eustathium unum σκῶμμα adicitur, σορέλλην (cuius originem ex Aristophanis Daetalensibus ducendam esse Galen. XIX. p. 66. Kühn

---

[1]) Genealogia ex *Z* 152 deprompta. Corintho Bellerophon in Lyciam transmigravit ibique rex factus est (cf. Herod. I. 147) eiusque proles Corinthi ἀστόξενοι fuerunt, quod Arist. fortasse ex *Z* 209. sq. effecerat.

[2]) Fragmenta ap. Nauck. p. 88—127. Mill. Mél. p. 428—431. cf. Cohn, Suppl. XII. 298—311.

[3]) ὑποπόλιος Nauck. p. 97. not. 20. mendum esse coniecit et προπόλιος ap. Lexicogr. et Eust. restituit: ego προπόλιος, ὑποπόλιος scribendum esse puto, cf. Poll. II. 12.

docet). Et ipsum Aristophanis esse lemma vel eo confirmatur, quod Eust. l. l. iterum ad Tithonos eorumque explicationem Aristophaneam recurrit. Glossa vero σορέλλην atticistarum est, cf. fr. 334. not. 6. et Prol. p. 19. Aelius igitur Dionysius, lexici rhetorici auctor, Aristophanem expilavit: fortasse explicationes de suo adiecit, interdum eum etiam priores libro suo inseruisse ex glossa *Τιθωνοί* apparet. — Tres glossas ex catalogo πρεσβυτῶν loco Eustathii laudato desiderari iam diximus. Neque vero omnino apud Eustath. desunt. θαλλοφόρος enim primum habes p. 1557, 24. (fr. 200 ex Ael. Dion. petitum) θαλλοφόροι δέ τινες ἦσαν ἐν Ἀθήναις· τοιοῦτοι δὲ ἐν τισιν ἑορταῖς αἱ γεραίτατοι. Si mihi concedes[1]) p. 1818, 14. ἐκ δὲ τοῦ θαλλοῦ καὶ θαλλοφόρος παροιμιακῶς ὁ μηδὲν χρήσιμος, ἀλλ' ἢ βοσκήμασι θαλλὸν παραβάλλειν ex eodem libri fluxisse, cf. fr. 200. not. 1, glossam Aristophaneam (cf. Mill. Mél. p. 423, 10) per atticistas ad Eustathium pervenisse, atticistas igitur Aristophanem adiisse, manifestum erit. — Altera glossa fuit γράπτης, laudatur ex veterum doctrina ap. Eust. 633, 56. ἐκ τοῦ γράφειν εὕρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ γράπτης· ὁ ῥυσσὸς καὶ ὡσανεὶ καταγεγραμμένος, ἤγουν γραμμάς τινας ἔχων ἐκ τῶν ῥυτίδων. Veteres autem illos fuisse Dionysium suspicor, quod paullo ante ex eadem doctrina γρώνη et γράστις laudantur, utrumque fragmentum ex illius lexico petitum (cf. fr. 111, 113). Res eo firmatur, quod Eustathii doctrina γράπτης. ὁ ῥυσσός concinit cum excerpto Athoo. Lexicis forma illa γράπτης inaudita est. Hes. Et. M. 239, 31. γράπις vel γραπίς exhibent, quae forma recta fuisse videtur. — Tertia est glossa Aristophanea τυφογέρων, καὶ τῦφος, καὶ τυφεδανός. ἀπὸ τοῦ δεῖν ἤδη τύφεσθαι, ὅ ἐστι καίεσθαι. ἢ διὰ τὸ τετυφῶσθαι, τουτέστιν ἐπῆρθαι, τὰς φρένας διὰ πολυπειρίαν. (cf. Eust. p. 1431, 39). Eadem explicatio vocis τυφεδανὸς apud. Phot. Hes. τυφογέρων additur ab Et. M. 772, 63. Schol. Ar. Vesp. 1364. Cum Photius accinat, vocem Aristophaneam τυφεδανός (fortasse etiam τυφογέρων) per atticistas ad patriarcham et ad Eustath. pervenisse haud absonum videbitur.

---

[1]) Res certissimis argumentis firmari nequit. Eust. enim non accurate respicit, sed ex memoria laudare videtur: nostrae sententiae favere videtur, quod explicatio Aristophanea in Et. M. 441, 51 redit.

Idem demonstrari poterit ex Mill. Mél. p. 429, 24. *καὶ οἱ μὲν τέλειοι τράγοι καὶ ἴξαλοι.* cf. Eustath. p. 450, 23 (fr. 398) *ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ φέρεται, καὶ ὅτι ἴξαλος ὁ προπηδῶν καὶ τέλειος.* cf. not. 1. Excerptum Athoum autem lacerum esse ex Eust. p. 1625, 33 apertum est, ubi ad vocem *ἄττηγοι* haec adduntur: *εἶτα εἰπὼν* (sc. Arist. Byz.) *περὶ ἰουθάδος Ὁμηρικοῦ, ὅτε ἐφ' ἡλικίας τινὸς* (sc. *αἰγῶν*) *καὶ μεγέθους αὐτό φησιν ὁ ποιητὴς κτλ.* Ad eundem locum respicere videtur fr. 399. *ἰουθάδος ἢ τῆς νέας* (sc. *αἰγὸς*) *κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἢ τῆς ταχείας — ἢ τῆς δασείας.* cf. Nauck. p. 104. 107. not. 39. Exemplum luculentissimum habemus Mill. Mél. p. 430, 6. *μηλωτὴ λέγεται καὶ ἡ αἰγεία δορά, τὴν δὲ τῶν προβάτων τινὲς καὶ οἰέην καλοῦσι. τῶν δὲ ἀρχαίων Ἀττικῶν ἔνιοι συναλοιφὴν ποιούμενοι, ὦαν ἐκάλουν.* cf. Eust. p. 1828, 57. Nauck p. 197. Plane concinit Aelius Dionysius fr. 266. (Eust. p. 1828, 49) *ἐν δὲ τῷ ὦ μεγάλῳ φησὶν ὁ αὐτός· ὦα. μηλωτή. διφθέρα*[1]).

Ultimum ex hoc libro locum teneat Mill. Mél. p. 431, 4. *τέττιξ· ἀχέτας,* quae glossa redit apud Ael. Dion. fr. 31. (Eust. p. 1481, 52) *δῆλον ἐκ τῶν Αἰλίου Διονυσίου, ὃς ἀχέτην ἐκτίθησι τὸν ἠχητικὸν τέττιγα*[2]). — Omnibus igitur locis ex libro *ὀνόματα ἡλικιῶν* petitis Aristophanem ab Aelio Dionysio usurpatum esse vidimus[3]).

---

[1]) Multifariam doctrina illa recurrit: unum locum (Et. Gud. p. 575, 31) tantummodo affero. *ᾠα· τὸ πεδιαῖον μέρος, τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου. ἡ ἀρχὴ ἐξετάσεως* (l. *ἡ ἀρχὴ ἐξ ἐκτάσεως*) *παρὰ τὸ οἷς,* ubi Ar. Byz. pellucere vides.

[2]) Locus solus est, qui cum Pausania concinit, cf. fr. 81. (Eust. p. 396, 1.), quod glossa fuit communis, quam quivis repetere potuit.

[3]) Fortasse locum desperatum Mill. Mél. p. 430, 16. *ἴννοι δὲ οἱ ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ ὄνου μητρὸς* explicare aut corrigere possumus. cf. Nauck. p. 104. (Eust. 1625, 40.) *ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ ὄνου μητρὸς γεννηθὲν γίννος ἐκαλεῖτο [ἀγεννὴς ὢν τὸ μέγεθος].* — Res autem aliter se habet. Doctrina enim veterum, quae ubique prodiit ex Ar. Hist. An. VI. 24., sic definit:

ἴννος = proles equae et *ὀρέως,*

γίννος = proles equae aegrotantis (pumilioni igitur similis.)

Aristoteli (cuius doctrina redit de gen. an. II. 8) adsentitur atticista fr. 212. cf. not. 3. (= Phot. Et. M. 621, 56). Nauck. p. 109. contra Photium pugnat, Nab. Prol. p. 72 ei adsentitur. Nullum autem inter Aristote-

Quartus liber Aristophaneus, quem atticistae suum in usum vocaverunt, fuit *περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς* (cf. Mill. Mél. p. 427. sq. Fragm. Par. § 1—10. 17. cf. Nauck. p. 80. L. Cohn, Jahrbb. Suppl. XII. p. 288 sq.) — Primum fragmentum, quod occurrit, est: *φερνή. ἡ προίξ* (de accentu ambigitur, P. *φέρνη* exhibet). Eadem in lexico rhetor. ap. Eust. p. 742, 58. *φέρνη· δωρεὰ γυναικὶ διδομένη* et p. 1488, 44. (cf. fr. 442. not. 1.), *φερνή· ἡ προΐξ, ἣν καὶ φέρνην τινές φασι βαρυτόνως.* — Secundum sit: *ἀρδαλῶσαι* (Mill. Mél. l. l.) *ἐπὶ τῷ μολῦναι*, et Eust. p. 1761, 19. (Nauck. p. 203) *συνάπτει δὲ τούτοις ξενικὸν καὶ τὸ ἀρδαλῶσαι, ἤγουν μολῦναι προσφέρων καὶ τὸ*

τὴν μὲν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον (Pherecr. p. 53. Kock)

καὶ τὸ

Αἰγύπτιος θοἰμάτιον ἠρδάλωσέ μου (Philem. fr. 59. Kock).

Exemplum est inter pauca memorabile. Ex Eustathii enim loco efficitur, Aristophanem non solum de *ἀρδαλῶσαι* voce, sed etiam de *ἄρδη*, (vel *ἀρδαλία*) quaedam nobis protulisse, cf. Cohn. l. l. p. 291. sq. Ita autem, ut Aristophanem explicasse statuimus, tradit Pausanias ap. Eust. p. 707, 35. (fr. 66.) *εἰ δὲ καὶ ὁ ἄρδαλος καὶ τὸ ἀρδαλῶσαι καὶ ἡ ἀρδαλία*[1]) *ἐκ τοῦ τοιούτου γίνεται ῥήματος* (sc. *ἄρδω*), *οὐκ ἔστι σταθερῶς ἐπικρῖναι. τέως δὲ κατὰ Παυσανίαν Φερεκράτης ποιεῖ τινὰ ἐκμασσόμενον ἀπὸ πυρετοῦ λέγοντα·*

τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἀρδαλίαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον.

---

lem et Photium discrimen intercedit. *ὀρεὺς* enim Aristotelis et *ἡμίονος* Photii iidem sunt (*ὀρεὺς* et *ἡμίονος* eodem sensu iam ap. Aristot. l. l. adhibentur!) — Qui discrepantia notionum ap. Aristophanem et Aristotelem explicari possit, enucleent, qui talia eruere cupiant. Illa discrepantia autem uti possumus, ut Naberi (Prol. 75) opinionem plane futtilem reiciamus, Aristophanem Byzantium conscripsisse epitomen Hist. Anim. Aristoteleae. — Eustathii tantum locum, in quo Nauck. l. l. *ἀγεννὴς ὢν τὸ μέγεθος* delenda esse statuit, sic restituendum esse puto: *τὸ ἐξ ἵππου πατρὸς, καὶ ὄνου μητρὸς γεννηθὲν ⟨ἶννος,⟩ γίννος ⟨δ'⟩ ἐκαλεῖτο τὸ ἀγεννὴς ὢν τὸ μέγεθος.*

[1]) Fortasse *ἡ ἄρδα καὶ* ante *ἡ ἀρδαλία* excidit, [nisi vocem *ἀρδαλίαν* omnino extinguere mavis]: illud enim vocabulum necesse esse, ut versus Pherecrateus restituatur, dudum constat, cf. Meineke l. l. Kock. l. l. Hes. *ἄρδα· μολυσμός.*

Tertia glossa libro π. τ. ὑ. μ. ε. π. attribuenda est Fragm. Par. § 1. Ὅτι ἐστὶν Ἀθηναία γυνή, ὥσπερ καὶ Ἀθηναῖος. (cf. Nauck. p. 213. Fresen. p. 15.) Atticistae autem sic tradunt: Eust. p. 84, 17. *Παυσανίας δὲ καὶ Αἴλιος Διονύσιος ἐν τοῖς οἰκείοις λεξικοῖς φασιν, ὅτι Μεγακλείδης αἰτίαν φησὶ τοῦ μὴ λέγεσθαι Ἀθηναίας τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας, ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν.* (= Suid. *Ἀθηναίας* gl. 2.) *ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ ἀσταί, ἤτοι Ἀττικαί, γυναῖκες Ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίην καλεῖσθαι ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν. ἕτεροι δὲ τῶν παλαιῶν*[1]) *συντόμως εἶπον· ἀνάττικον Ἀθηναίαν γυναῖκα εἰπεῖν· ἀστὰς δὲ τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας ἔλεγον, ὡς καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστούς.* Ac primum quidem inter exile illud Aristophanis fragm. et doctrinam atticistarum et aliorum (Phrynichi?) nexus statui non posse videatur. — Ut ad finem quendam perveniamus, proficiscendum erit a glossa Suidae doctissima *Ἀθηναίας. ὁ Μεγακλείδης ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου — καταισχύνωσιν.* (= Ael. Dion. Paus. l. l.). *ἀλλ' ἰδοῦ Φερεκράτης ἐν Γραυσὶ* (fr. 34) *φησιν*

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις

καὶ Κάνθαρος Θηρεῖ (fr. 5. Kock)

γυναῖκ' Ἀθηναίαν καλήν τε κἀγαθήν

καὶ Φιλήμων Πτερυγίῳ (fr. 66. Kock)

τὰς Ἱππονίκας τάσδε καὶ Λυσιστράτας
καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

οἱ δὲ μὴ δεῖν φάσκοντες Ἀθηναίας λέγεσθαι τὰς Ἀττικὰς τὴν ὁμωνυμίαν αἰτιῶνται, ἣν ἐπιδέχονται πρὸς τὴν θεόν. Ἀθηναία γὰρ καὶ ἡ θεὸς καλεῖται. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ Ἀθηναίας αὐτάς φασι Ἀττικὰς λέγεσθαι. πλὴν πολλή γε χρῆσις τῆς φωνῆς παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὡς οἵ τε προειρημένοι ποιηταὶ μαρτυροῦσι καὶ Δίφιλος ἐν Ἀμαστρίδι (fr. 10). *καὶ γὰρ καὶ τὴν Θε-*

---

[1]) Naber. Prol. p. 97. Orum esse auctorem huius observationis contendit. Cohn p. 295. not. 23. Eustathium sua ex Steph. Byz. excerpsisse contendit. — Utut est, opinionem Phrynichi habemus: Steph. Byz. Ἀθῆναι enim tradit: *ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει, πῶς ὁ Φερεκράτης, ἀττικώτατος ὤν, χρῆται. ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστοὺς ἐκάλουν.* cf. Suid. s. f.

μιστοκλέους θυγατέρα Ἀθηναίαν ξένην φησὶ καὶ Πίνδαρος ἐν σκολιοῖς (cf. Bergk. Lyr. I⁴. p. 372). ὁ μέντοι Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει, πῶς Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν χρῆται τῇ λέξει. — Tres igitur auctores a Suida laudatos videmus: 1) Megaclidis commentarium[1]) ad carmina Homerica, cuius legi (Ἀθηναίαν non = civem atticam) tres loci comici obloquuntur. 2) οἱ δὲ[2]) qui eandem legem statuerunt, atque Megaclides: iterum locus comicus et Pindaricus huic doctrinae opponuntur. 3) Phrynichus (qui idem Ἀθηναίαν damnavit, sed Pherecratis locum obloquentem in subsidiis suis iam invenerat). Deest obloquens; fortasse habes in Suid. gl. 1. Simillime res apud Steph. Byz. l. l. procedit, cuius excerptum lacerum tantummodo habemus: 1) Civis attica et dea Minerva = Ἀθηναία (omissa est igitur sententia, quae illam opinionem damnavit). 2) Didymus idem tradit (iterum sententia damnans omissa est). 3) Phrynichus αὐτολεξεί. Sententiam Megaclidis damnantem ideo expectandam fuisse puto, quod defendens sententia bis particula δὲ introducitur. — Tres illos glossae Suidae auctores iam Nab. p. 97 sec. Cobet. Mnemos. X. p. 81. sq. statuit, sed ita ut primam glossam Aelio Dionysio, alteram (οἱ δὲ) Pausaniae, tertiam Oro tribueret. Neque tamen cum illo faciemus neque alteram Pausaniae tribuemus, quod Eust. l. l. utrumque atticistam ad Megacliden Homericum provocasse testatur. — Prima tantummodo atticistarum sunt. Unde autem fuerunt loci comici? Didymi (ut L. Cohnio p. 295. not. 25 placuit), quod quis ex Steph. Byz. coniecerit, esse non possunt, quod Chalcenteri auctoritas ibi opponitur alteri opinioni, (Ἀθηναίαν non esse civem Atticam), quae ante voces Δίδυμος vel

[1]) Repetitum ap. atticistas.

[2]) qui οἱ δὲ illi fuerint, adhuc indagare non potui, neque multum refert. Fortasse alius quidam Alexandrinus, cui auctoritas Diphili et Pindari ἐν σκολιοῖς opponitur. Quae testimonia vetustioris originis esse, cum nusquam alias apud lex. redeant, nemo negaverit. Si recte Stephani Byz. locum, qui easdem atque Suid. sententias atque eodem ordine protulit, cum Suida comparavimus, locos illos ex Didymi doctrina prodiisse (Schmidt. p. 351.) putabis, fortasse ex eius lexico comico. Unde autem Suidas doctrinam Didymeam hausit? Sine dubio ex grammaticis aetatis Hadrianeae, qui opes anteriorum Byzantinis tradiderunt. Idcirco coniecturam propono, etiam illa Suidae verba ex atticistarum penu desumpta esse.

cogitando supplenda vel a Stephano omissa est. Ad alterum auctorem igitur provocandum erit eumque Aristophanem Byzantium esse iudico. Doctrina illius enim optime congruit cum tribus illis locis comicis (*Ἀθηναίαν* civem Atticam vocari). Eum comicorum testimoniis ad sententiam firmandam saepius usum esse, ex fragm. *ἀρδαλῶσαι* p. 49. allato, demonstratur. Megaclidis Homerici (quem tantummodo Hes. *Ἀθηνᾶ*, cf. Nauck. Rh. Mus. VI. p. 433., laudat) observationem Ar. Byz. primus et eam ob causam protulit, ut usum atticum contra demonstraret. Quae coniectura, si arriserit, statim atticistas illius opes adiisse persuadebitur. Eust. p. 1456, 44. enim, qui respicit ad 84, 17., eandem atque atticistarum legem protulit: *φασὶ*[1]) *δὲ οἱ παλαιοί, ὡς ἐπειδὰν ἤρξαντο Ἀθηναῖαι γυναῖκες λέγεσθαι ἀντὶ ἀστῶν καὶ Ἀττικῶν, ὡς Φερεκράτης* (fr. 34. Kock)

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις,

τότε ἤρξατο ἐκείνη (sc. dea) *λέγεσθαι τρισυλλάβως Ἀθηνᾶ. περὶ δὲ τούτου εἴρηται καὶ ἐν ά τῆς Ἰλιάδος* (i. e. 84, 17.). Locus Pherecrateus ad illustrandam atticistarum sententiam adhibetur. Supra eum Aristophani Byzantio tribuendum esse coniecimus. Ad eum igitur finem, qui propositus erat, perventum est.

Transeamus ad ea scripta Aristophanea, quorum fragmenta per Suetonium ad nos pervenerunt. Ac primum librum *περὶ βλασφημιῶν* (cf. Nauck. p. 162—180, Cohn l. l. p. 327—339) iam supra p. 46. ab atticistis adhibitum esse demonstravimus. Homerica exempla, quae ap. Mill. p. 413 ex Suetonio adferuntur, nulla apud atticistas et eorum sectatores iterum indagabis. Idem fit in capite *ἐπὶ ἀνδρῶν ἀκολάστων*. Redeunt nonnulla vocabula et apud Eustathium et apud lexicographos (cf. *κήλων* et Suid.), certi tamen aliquid, cum fragmentum directum desit, affirmari non potest. Melius res cessit in capite *ἐπὶ γυναικῶν*. Scortorum enim catalogum atticistae ex parte in opus transtulerunt. Non quidem ex Mill. Mél. id effici potest, sed tribus illis locis Eustathianis (p. 1329, 32. 1088, 33. 1921, 58) et Suid. s. v. *μυσάχνη*[2]) adsumptis plura etiam talia vocabula Grae-

[1]) Rindfl. p. 32. contra Meierum hanc periodum atticistis adimere studuit. Iniuria. Suid. enim, qui cum atticistis concinit, etiam haec verba iis tribuenda esse testis est.

[2]) cf. Nauck. p. 167. sq. Cohn. l. l. 329. sq.

cis praesto fuisse, quibus Eust. nos carere noluit, discimus. Tria autem sunt, quae apud Eust. ita laudantur, ut de Aristophane auctore dubitari non possit, et quae apud atticistas redeunt:

1) *ἀνασεισίφαλλος*[1]) (cf. p. 1329, 33. 1921, 65) cf. Eust. p. 1413, 37. — *Ἀ. Δ.* — *καὶ ἀνασεισίφαλλοι φερωνύμως λέγονται παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ ὡς ἀνασείουσαί, φησι, τὸν φάλητα.* (fr. 152.)

2) *εἰλίποδες* (cf. p. 1922, 1). cf. Eustath. p. 1394, 41. *Παυσανίας δὲ λέγει γυναῖκας εἰλίποδας διὰ τὴν ἔνδεσιν τῶν μηρῶν.* (fr. 154.)

3) *σποδησιλαῦρα* (cf. p. 1088, 35. 1921, 58. *τουτέστιν ἡ πόρνη, λεγομένη οὕτω παρὰ τὸ διατρίβειν ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἢ καὶ δημοσίᾳ συμπλέκεσθαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. τὸ γὰρ σποδεῖσθαι καὶ ἐπὶ μίξεως τίθεται.* Locus est memorabilis, cum ex parte cohaereat cum fr. 406. *ἐν δὲ λεξικοῖς ῥητορικοῖς φέρεται καὶ ὅτι λαῦρα· ἡ ἀμάρα. καὶ ὅτι λαῦραι· ῥύμαι, κῶμαι, στενωποὶ, ὑπόνομοι. σύνθετον δὲ τῆς λαύρας καὶ ἡ σποδησιλαῦρα κτλ.* Eodem modo cum *λαῦρα* vox illa coniuncta apparet p. 1033, 62. Ideo locus ille Aristophaneus ab atticistis excerptus est. — Casu factum est, quod voces in M. servatae non apud Eust. ex atticistis laudantur: *μιστή* ap. Phot. Suid. redit. ceterae passim apud Phot. Suid. ceteros lexicographos repetuntur.

4) *ἐπὶ ἐκδεδιῃτημένων καὶ ἐξῃταιρημένων ἀνδρῶν.*

λευκόπυγος ὁ ἄνανδρος· καὶ ἔμπαλιν μελάμπυγος ὁ ἀνδρεῖος.

cf. Eust. p. 455, 37 (fr. 248) *ἐν θατέρῳ μὲν κεῖται* (sc. lex. rhet.) *ὅτι λευκοὶ οἱ δειλοὶ καὶ λευκώπιοι* (Meier *λευκόπυγοι* cf. Phot.) *οἱ αὐτοί.* cf. Phot. *λευκοπύγους.*

Fortasse *κόλλοψ* apud atticistas rediit cf. Eust. p. 1915, 6. (fr. 234.)

5) *εἰς πονηρούς.* (Mill. p. 416—419).

Τελχῖνες· οἱ ψογεροὶ καὶ γόητες καὶ φάρμακοι — τινὲς δ' αὐτοὺς παρὰ τὸ θέλγειν Θελγῖνάς φασιν. cf. Eustath. p. 1391, 17. (fr. 436) *Τελχῖνες — παρ' οἷς καὶ θελγῖνες λέγονται. ἐν γοῦν ῥητορικῷ λεξικῷ κατὰ στοιχεῖον προϊόντι γράφεται· Θελγῖνες. γόητες, φάρμακοι* cf. fr. 436. not. 2.

[1]) Glossae in excerptis Aristophaneis, quae Eust. tradit, explicatione carent.

βυσαύχην· ὁ ἐπιβουλευτικός. doctrina atticistarum ap. Eust. p. 207, 2 (fr. 97) non concinere videtur: utraque vero coniuncta ap. Poll. II. 135, unde nexum statuendum esse apertum est.

Fortasse Ar. Byz. ab atticistis respiciebatur in glossa (M. 417, 3) *Κέρκωπες· οἱ πανοῦργοι καὶ ἀπατηλοί*. cf. Eustath. p. 1430, 35. 1669, 57. Phot. *κέρκωπες* etc., et in glossa *ὕπουλος* (M. 418, 6) cf. Eustath. p. 1769, 32. et fr. 225. not. 5.

6) *εἰς ἀλαζῶνας* (sic). (M. p. 419.)

ἀλαζὼν ὠνομάσθη παρὰ τὸ ἀλώμενος ζῆν. cf. Eust. p. 1783, 37. *κεῖται ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ, ὅτι ἀλαζὼν ὁ κυρίως ὁ ἀπὸ ἄλης ζῶν καὶ ἀγύρτης* (cf. fr. 349. et not. 1). Eadem igitur est etymologia, ex Aristophane procul dubio derivata.

7) *εἰς ἀγοραίους καὶ πολυπράγμονας καὶ φιλεγκλήμονας*. M. p. 421, 2. *ἐγγλωττογάστωρ· ὁ ἀπὸ γλώττης διατρεφόμενος*. cf. Eust. p. 1825, 14 *ἐγγλωττογάστορας παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ οἱ ἀπὸ γλώττης ζῶντες*. (fr. 142. not. 2). Fortasse totus ille catalogus ap. Eust. p. 1471, 5 servatus per atticistas ad nos pervenit.

8) *εἰς μωροὺς καὶ εὐήθεις*.

De *τηθαλλαδοῦς* voce iam supra egimus p. 42.

ὦτος· εἶδος ὀρνέου μιμηλοῦ, πρὸς τοῖς ὠσὶ τὰς πτέρυγας ἔχοντος, ὅμοιον γλαυκὶ ὡς Ἀριστοτέλης φησίν· οὕτως δὲ καὶ τοὺς εὐεξαπατήτους φασίν. (cf. Hist. Anim. VIII. 12).

cf. Eust. p. 561, 4. *Αἴλιος δὲ*[1] *Διονύσιος· ὦτος, ὄρνεον ὃ περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχει. — τοὺς χαύνους καὶ κενοδόξους ὤτους ἐκάλουν*. (fr. 336.) Consensus apertus est. Ad locum modo laudatum ipse provocat episcopus p. 1522, 55. *λάρους τοὺς εὐήθεις φαμέν. οὕτω δὲ καὶ κέπφους, ἀπὸ κούφου, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ* (i. e. Ael. Dion.) *ὀρνιθαρίου καὶ εὐμεταχειρίστου, καθὰ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἔστιν εὑρεῖν. καὶ ὦτοι δὲ οἱ αὐτοὶ ἀπὸ ὄρνιθος μιμηλοῦ καὶ εὐεξαπατήτου, ὡς ἀλλαχοῦ σαφῶς δηλοῦται*.

Inde iam apparet Mill. p. 421, 17. cf. Nauck p. 81. *κέπφος· ἀπὸ κούφου τινὸς ὀρνιθαρίου καὶ εὐμεταχειρίστου* Aristophanea fontem fuisse Aelii Dionysii et *λάρος* (cf. Schol. Ar.

---

[1]) Praecedunt verba *ὁ εἰπών. ὦτος· πλήσιος γλαυκί, ἔχων περὶ τὰ ὦτα πτερύγια. οἱ δὲ νυκτικόρακα*. Fortasse igitur Pausaniae sunt.

Plut. 912) Aristophaneis vocibus adnumerandum esse. Deinde habemus locum supra laudatum p. 30. (cf. Nauck p. 81. 172.)

ἄγγαρος, ὁ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόρος, ὡς Ἡρόδοτος ἐν ὀγδόῳ (98) *καὶ οἱ εὐτελεῖς καὶ ἄφρονες οὕτως ὠνομάζοντο ὡς Μένανδρος· ἐξ αὐτοῦ τοίνυν τὸ ἀγγαρεύειν καὶ ἡ ἀγγαρεία.* (Mill. Mél. p. 422, 12) cf. Eust. p. 1854, 29. *κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι· οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. — τίθεται δέ, φασιν, ἡ λέξις καὶ ἐπὶ φορτηγῶν καὶ ἐπὶ ὅλως ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν. ὅθεν καὶ ἀγγαροφορεῖν — καὶ ἀγγαρεύεσθαι — Μένανδρος καὶ τοῦτο ἐν Σικυωνίῳ παρίστησιν*

ὁ πλέων κατήχθη· κρίνεθ᾽ οὗτος πολέμιος
ἐὰν ἔχῃ τι, μαλακὸν ἀγγαρεύεται. (fr. 6.)

L. Cohn. XII. p. 351. not. 151. recte locum Aristophaneum ex Eustathio ita emendavit, ut Menandri *χρῆσιν* ad *ἀγγαρεύειν* (vel *ἀγγαρεύεσθαι*) referret. Tum autem totus ille locus Eustathianus ad atticistam referendus est. Atticista *ἄγγαρος* decerpsit, quidni etiam cetera, praesertim cum plane congruant cum Aristophaneis, decerpserit?

Fortasse ex eodem capite Aristophaneo ad atticistas transiit:

Mill. p. 421, 9. *λέμφος· ὁ ἀνόητος καὶ μυξώδης.* Apud Eust. p. 1761, 16 enim praecedit fr. 245. ex Pausania petitum. Deinde episcopus ad vocem *λέμφος* haec addit: *ἡ πεπηγυῖα μύξα κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐκ τῶν μυκτήρων. ὅθεν καὶ λέμφος· ὁ εὐήθης. ἐπειδή, φασιν, εἰς μωρίαν διέσκωπτον τοὺς ῥεομένους ἐκ τῶν μυκτήρων.* Deinde ad Aristoph. *σάννας* et similia transit. Lexica, quae concinunt, iterum suadent, ut hanc doctrinam ex Arist. Byz. per atticistas ad Eust. pervenisse censeamus (cf. Phot. cum not. Naberi, Hes., Ammon. p. 88. Valck.)

9) *εἰς πρεσβύτας* (Mill. p. 423) cf. p. 46. sq.

10) *εἰς ἀγροίκους.* —

11) *εἰς εὐτελεῖς στρατιώτας.*

Mill. Mél. p. 424. *τετρώβολος καὶ διμοιρίτης* cf. Eust. p. 1405, 28. *τετρωβόλου βίος παρὰ Παυσανίᾳ ἀντὶ τοῦ στρατιώτου μισθός* (fr. 307.) cf. p. 951, 4. et l. l. n. 3.

12) *εἰς ἀπλήστους.* —

13) *εἰς δούλους.*

Mill. Mél. p. 425. *ἀπὸ δὲ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων πολλοὶ βλασφημίαι ῥηματικῶς πεποίηνται, ὥσπερ τὸ κιλι-*

κίζειν· νοθολογεῖν, καὶ αἰγυπτιάζειν· τὸ πονηρεύεσθαι, κρητίζειν· τὸ ψεύδεσθαι, λεσβιάζειν· τὸ αἰσχροποιεῖν, αἰξωνεύεσθαι· τὸ κακολογεῖν. (cf. Nauck. p. 179.)

Eustath. p. 741, 14. *λεσβιάσαι· τὸ αἰσχρῶς μολῦναι τὸ στόμα κατὰ Αἴλιον Διονύσιον.* (fr. 246.). Sequitur proverbium *μετὰ λέσβιον ᾠδόν*, et, quod saepius fieri vidimus, excerptum Aristophaneum, quo Eust. utebatur, ipsum. (p. 741, 21). Lexica haec ex Aristophanis doctrina servarunt: *κιλικίζειν* cf. Phot. *κιλλικῶν* s. f. Schol. Ar. Pac. 363., *αἰγυπτιάζειν* cf. Et. M. 29, 23. Hes. Suid. Schol. Ar. Nub. 1128. B. A. 354, 13., *κρητίζειν* cf. Phot. Suid. Lex. Bachm. 283, 19., *λεσβιάζειν* cf. fr. 246. not. 1. — *αἰξωνεύεσθαι* cf. B. A. 353, 31. (= Suid. gl. 4.) Hes. Et. M. 36, 57. Suid. — Ap. Nauck. p. 181. ex Eust. habes: *Αἰξωνεῖς γὰρ δημόται Ἀττικοί, σκωπτόμενοι ὡς κακολόγοι, καθὰ καὶ οἱ Σφήττιοι ἐπὶ ἀγριότητι.* Uncis inclusit, quod ab huius generis glossarum proposito aliena esse videbantur. Fortasse seiungenda sunt, cum ad *δημοτῶν σκώμματα* vox *αἰξωνεύεσθαι* spectet. Neque tamen expellenda sunt. Ar. Byz. enim etiam has irrisiones se prolaturum esse (*ἀπο δὲ — καὶ δήμων πολλαὶ βλασφημίαι κτλ.*) promiserat. Doctrina illa optime profertur ap. Phot. *Σφήττιοι. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς· κωμῳδοῦνται δὲ ὡς ὀξεῖς*[1]*, ὥσπερ Ἀχαρνεῖς ἄγριοι, Ποτάμιοι δ' ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς ἐγγράφους* (l. *παρεγγραφομένους* Meier) *νόμους*. cf. Suid. Et. M. 738, 44. Lex. Cantabr. p. Lex. Vindob. ed. Nauck. p. 358, 5. Lex. Bachm. 377, 30. — Alia eius generis glossa est Suid. *Θυμοιτάδαι· οὕτως ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί.* — Tertia est Suid. Et. M. 288, 15. *δρυαχαρνεῦ· δρύινε Ἀχαρνεῦ, ἀναίσθητε. ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί. Ποτάμιοι δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους ⟨νόμους⟩. Θυμοιτάδαι καὶ Προσπάλτιοι ὡς δικαστικοί.* cf. Hes. — Ad eun-

---

[1]) Eandem doctrinam Didymus exhibuit. cf. Ath. II. 67. D. *Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ* (720) *φησίν, ὀξεῖ διέμενος Σφηττίῳ. Δίδυμος δ' ἐξηγούμενος τὸ ἰαμβεῖόν φησιν· ἴσως διότι Σφήττιοι ὀξεῖς* cf. Hes. *ὄξος Σφήττιον.*, Phot. s. v., cf. Schmidt Did. p. 76. 247. — Schmidt Qu. Hes. p. CXXIX. Athenaei verba ad Pamphilum revocat. Pamphilus igitur per Didymum ex Aristophane mutuatus est.

dem fontem etiam recurrit Harpocr. s. v. *Αἰξωνῆσιν, Ποταμός, Θυμοιτάδης*.

Quibus locis addemus Eust. p. 279, 34. *ἐκωμῳδοῦντο δέ φασιν οἱ Ἐρετριεῖς ὡς πολλῷ τῷ ρ ἐν ταῖς ὁμιλίαις χρώμενοι. διὸ καὶ αὐτοὶ, καθὰ καὶ οἱ Ἠλεῖοι, βαρβαρόφωνοι ἐκαλοῦντο, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ, διὰ τὸν πλεονασμὸν τοῦ ρ.* Sequitur locus Aristophanem *περὶ καινοτέρων λέξεων*. cf. Nauck p. 207. — Lexicon rhetoricum Aelii Dionysii esse librum inde veri simile fit, quod illum fr. 298. de sigmatismo et nimis et parum adhibito agentem vidimus. — Aristophanis autem doctrinam adhiberi inde coarguitur, quod verbum, quod desideratur [1]) in glossa Aelii Dionysii, apparet in Suid. *χαλκιδίζειν· καὶ χαλκιδεύεσθαι· ἐπὶ τῶν γλισχρευομένων· καὶ φικιδίζειν ἐπὶ τοῦ παιδεραστεῖν, ἐπεὶ παρ' αὐτοῖς οἱ ἀρρένων ἔρωτες ἤσκηντο. ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῷ ῥωτακίζειν. ἐπεὶ αὐτοί τε καὶ Ἐρετριεῖς δοκοῦσι τῷ ρ κατακορεστέρως χρῆσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ σ τιθέντες.* — *ῥωτακίζειν* ad *χαλκιδίζειν* referendum est. cf. Strabo. X. p. 448. Suidae igitur locum ad atticistam referendum esse et atticistam sua Aristophanis libro *περὶ βλασφημιῶν* debere minime negandum erit.

Liber *Ἀττικαὶ λέξεις* agmen claudat. Quem primum locum obtinere debuisse non negaverim, nisi excerpta omnino hunc librum omisissent, cf. Cohn. [2]) Jahrbb. XII. p. 322. sq. Fragmenta igitur a Nauckio collecta (p. 181—188) respicere tantummodo opus erit. Duo sunt loci ex Erotiani lex. Hipp. petiti p. 53, 6. Klein. *καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι ἄμβωνας καλοῦσι τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις· μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Αἰσχύλος καὶ Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσιν.* cf. Ael. Dion. fr. 44. (Eust. p. 1636, 52) *φησὶ γοῦν Ἀ. Δ. ἄμβωνες. λόφοι ὀρῶν καὶ ἴτος πᾶσα καὶ οἷον ὀφρὺς καὶ ὑπεροχή.* Paullo post alius quidam auctor haec tradit: *φέρεται δὲ καὶ ὅτι ἄμβων· λοπὰς καὶ ἡ τῆς λοπάδος ἐνδοτάτω ὀφρὺς κτλ.* Quo ex fonte manaverint, vix dubium est. — Alter locus est Erot. 61, 14. *διόπῳ· τῆς νεὼς ἐπιμελητῇ, παρὰ τὸ διοπτεύειν Ἀτ-*

---

[1]) Mill. Mél. p. 425. *βλασφημίαι — ῥηματικῶς πεποίηνται.*

[2]) Iure Erwini Rhode opinionem (de Poll. font. p. 16), *Ἀττικαὶ λέξεις* titulum toti operi, non capiti peculiari, inditum esse reiecit.

τικὴ δὲ ἡ λέξις κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καὶ κτλ. cf. Eust. p. 203, 14 (Ael. Dion. fr. 128) Ἀ. δὲ Δ. φησι καὶ ὅτι δίοπος ὁ ναυφύλαξ, ὡς ἐπισκοπῶν αὐτὴν καὶ ἐφορῶν. Res ideo imprimis firmatur, quod locum Aeschyleum atticista ex ipso Aristophane in suum opus transtulit, cf. fr. 128. not. 2. — Recte igitur Nab. Prol. 73. κρησέρα Photii ad Aristophanem revocavit.

Ceteros Aristophanis libros, inprimis περὶ παιδιῶν et περὶ καινοτέρων λέξεων, perscrutari non opus est. Fortasse in lexicis hic illic laciniae quaedam supersunt. (Fortasse fr. 143. ἐγκοτύλη cf. Cohn, Jahrbb. XII. 377 et fr. 80[a]. ἀσκωλιασμὸς cf. Cohn. l. l. p. 366 inde fluxerunt): neque tamen certi quidquam statuere potuimus.

§ 2.

Altera vero oritur quaestio: utrum atticistae omnia, quae attulimus, ex Aristophane Byzantio ipso derivaverint necne? Cum fragmenta tantummodo utriusque auctoris nobis praesto sint, res ad certum quendam finem deduci non poterit. Fortasse vero ex Aristophane Byzantio nonnulla ad Didymum transierunt, quae haud scio an ex illius lexicis vel commentariis atticistae in suas opellas transtulerint. Unum tantummodo exemplum sed memoria dignissimum afferri potest.

Ar. Byz. Fragm. Par. § 13. καὶ παράνυμφος. κυριώτερον δὲ παρανύμφιος. Unde iam Nauck p. 146. coniecit ab Eust. p. 652, 41. (ὅτι δὲ καὶ συγγενικόν ἐστιν ὄνομα — καὶ ὅτι ὁ παράνυμφος εἰκαιότερον οὕτω λέγεσθαι. ὀρθότερον γάρ ἐστι παρανύμφιον καλεῖσθαι τὸν συναπάγοντα τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην ἢ πεζῇ ἢ ἐφ' ἁμάξης, ὡς παρ' Ἀθηναίοις, ὑφ' ὧν καὶ πάροχος καλεῖται διὰ τὸ μόνον αὐτὸς συναναβαίνειν καὶ ὀχουμένῳ τῷ νυμφίῳ παροχεῖσθαι — δηλοῦσιν οἱ παλαιοί.) Aristophanis librum allatum esse. Tota illa doctrina usque ad etymologiam transiit ad Pausaniam, cf. Eust. p. 833, 48. φησὶ γὰρ ὁ Π., ὅτι ἐν γάμοις τρεῖς ἐπὶ ἁμάξης ἐκάθηντο, μέση ἡ νύμφη, ἑκάτερθεν δὲ ὁ νύμφιος καὶ ὁ πάροχος, φίλος οὗτος ἢ συγγενὴς ὁ μάλιστα τιμώμενος καὶ ἀγαπώμενος. — ἐπὶ τοῦ

ὡς εἴρηται παροχουμένου ⟨ὁ πάροχος κεῖται⟩. Eadem igitur explicatio, eadem mira etymologia! — Pausaniam sua ex Ar. Byz. petiisse crederem, nisi Pausaniae nomen in excerptis Aristophaneis adhibitis plane deesset. Alter vero auctor accurrit Chalcenterus Schol. Eur. Or. 1384. *τὸ ἁρμάτειον μέλος ὁ Δίδυμός*[1] *φησιν ὠνομάσθαι, ὅτι αἱ ἀρχαῖαι παρθένοι διὰ τῶν ἁρμάτων ἤγοντο. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν πάροχοι λέγονται ἀπὸ τοῦ τοῖς ὄχεσι παροχεῖσθαι.* (cod. *παρεδεῖσθαι*). Eadem igitur etymologia tertium redit, unde Didymum ab Aristophane Byz. sua petivisse apertum est. — Pausaniam non Euripidis Orestam respexisse ex loco Euripideo ipso manifestum est. Neque id Didymum loco illo fecisse, ut Euripidem explicaret, ex eadem causa mihi concedes. — Uterque explicationem et etymologiam aliunde petiverunt, i. e. ex Aristophanis libro *περὶ συγγενικῶν*. — Utrum Pausanias sua ex Aristophane ipso deprompserit an Didymum potius adierit, difficile est ad diiudicandum neque multum refert, quod Didymus ipse ad principem Alexandrinum confugerat. Observatione autem illa uti possumus, ut etiam alia fragmenta atticistarum ad auctores genuinos reducamus. — Poll. III. 30—50 de necessitudine et consanguineorum et affinium agit, quas paragraphos pendere ex Ar. Byz. iam Fresen. p. 11—14. demonstravit. Redeunt vero fragmenta quae atticistae adhibuerunt, Aristophanea *γάλως* (§ 32., cf. p. 41.) et *φέρνη* (§ 35., cf. p. 49). Alia plura, ut *θῆσσα* (Mill. Mél. p. 432) *τηθή* (Mill. Mél. l. l.), *προμνήστρια* (§ 31., cf. Mill. Mél. l. l.), laudari possunt. Ita etiam §. 40. *ὁ δὲ καλούμενος παράνυμφος νυμφευτὴς ὀνομάζεται καὶ πάροχος. ἐπὶ ζεύγους γὰρ τὰς νύμφας ὡς τὸ πολὺ μετῄεσαν.* Eadem igitur etymologia atque Aristophanea. — Unde conicere licet etiam alias explicationes Pollucis[2]), quae cum atticistis consentiant, ad eundem fontem redigendas esse. Nec desunt glossae Pausanianae (ille enim solus de nuptiis et usibus nuptialibus egit, Aelii Dionysii doctrina hisce in rebus plerumque deest), quae cum Polluce con-

---

[1]) An recte ad commentarios Euripideos referatur (Schmidt, Did. p. 245.), dubium est. Ad lexin tragicam respiciendum esse puto.

[2]) Res ideo difficilior est, quod Pollux fontes nunquam *αὐτολεξεὶ* adhibuit et in eo tantum acquievit, ut sensum glossarum et explicationum retineret.

spirare videantur. Poll. § 41. ἡ δὲ τὰ πέμματα πέττουσα καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας διοικουμένη δημιουργός cf. Eust. p. 1825, 11. δημιουργοί φησι Π. καὶ αἱ τοῖς γάμοις τὰ σύμφορα πέττουσαι, αἳ καὶ νυμφίους, φησὶν, ἔλουον καὶ ἱερουργίας ἐν γάμοις ἐποίουν καὶ πόπανα παντοδαπὰ καὶ ἄρτους ἔπεττον καὶ τὰς κόρας εὐθέτιζον (fr. 122.). Res manifesta est: sensu uterque conspirat, verba tantummodo inter se differunt[1]). —

Alterum habemus locum § 37. καὶ τὸ ἐπίβλημα τῆς γυναικὸς ἑανὸς (sic) καὶ κάλυπτρα. (cf. VII. 51.) cf. Pausan. ap. Eust. p. 976, 10. Π. δὲ ὅτι ἑανὸς· γυναικεία ἐσθὴς ποδήρης. de stola nuptiali agi testatur locus Homericus (Ξ 178), quem episcopus explicare studuit. cf. fr. 141. not. 2. —

Tertius accedit locus Poll. §. 39. προαύλια δὲ ἡ πρὸ τῶν γάμων ἡμέρα καὶ ἐπαύλια ἡ μετ' αὐτήν. [ἀπαύλια δὲ ἐν ᾗ ὁ νυμφίος εἰς τοῦ πενθεροῦ ἀπαυλίζεται ἀπὸ τῆς νύμφης]. οἱ δὲ καὶ τὰ διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ καλοῦσιν ἐπαύλια. cf. Eust. p. 1337, 43. (fr. 171). καὶ ἐπαύλια τὰ μετὰ τὸν γάμον, ὡς δηλοῖ καὶ Παυσανίας, ἐν οἷς λέγει, ἐπαυλίαν ἡμέραν, καθ' ἣν ἐν τῇ τοῦ νυμφίου οἰκίᾳ ἡ νύμφη πρῶτον ἐπηύλισται. καὶ ἐπαύλια· τὰ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τοῦ γάμου δῶρα κτλ. Auctores inter se discrepant. Pollux enim ἐπαύλια (= neutr. pl.) utroque sensu adhiberi censet, Pausanias ἐπαυλία (fem.) ad diem, ἐπαύλια ad dona refert. Neuter lexicographus errat. Procul dubio utraque doctrina a veteribus prolata est, cf. Suid. s. v. ἐπαύλια s. f. Non autem curamus, quibus in rebus discrepent Pausanias et Pollux (discrepantiam illam iam antiquitus extitisse, οἱ δὲ Pollucis probant), sed quibus in rebus concinant. Uterque autem ἐπαύλια = dona post nuptias oblata fuisse testatur, quod ad propositum nostrum sufficit. —

Quartus locus, sane intricatissimus, est § 38. ἡ δὲ πρὸ γάμου θυσία προτέλεια καὶ προγάμια. οὕτω δ' ἂν καλοῖτο καὶ τὰ πρὸ γάμου δῶρα. προτελεῖσθαι δὲ ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νυμφίοι. καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες. διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τελεία ἡ συζυγία. ταύτῃ γὰρ τοῖς προτελείοις προὐτέλουν τὰς κόρας

[1]) Ath. IV. p. 172 A δημιουργός masculino sensu adhibet errore deceptus, cf. p. 172 B et Men. fr. 113. Kock. Schol. Ar. Equ. 650.

καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Μοίραις. De *τέλος* voce eiusque compositis apud Eust. saepius agitur. Priusquam accuratius in illas glossas inquiremus, nobis demonstrandum est Pausaniam eundem fontem adiisse atque Pollucem. En eius doctrinam ap. Eust. p. 881, 31. *ἐκ δὲ τοῦ λοιποῦ τέλους, ὃ σημαίνει τὸν γάμον*[1], *τὰ προτέλεια, ὧν χρῆσις μὲν μόνη παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, ἑρμηνεία δὲ παρὰ Παυσανίᾳ εἰπόντι ὅτι προτέλεια· ἡ πρὸ τῶν γάμων θυσία.* [*ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρητρα*]. *ἐκεῖθεν δὲ καὶ τέλειοι· οἱ γεγαμηκότες, καὶ τελειωθῆναι· τὸ γῆμαι.*

Alios locos ex lexicographis plures afferre possum: sufficient ei, quos ad atticistas ipsos nomine laudatos referre potuimus. —

Locus vero ille Pausanianus, quem de *τέλος* eiusque derivatis modo attuli, etiam aliis de causis utilis et ideo accurate inspiciendus est. Multifariam enim Eust. de *τέλος* eiusque derivatis agit: imprimis fuse vocem explicat p. 789, 12 (= Schol. *K* 56., def. in Townleyano) ubi hasce sex notiones voci illi inesse statuit: 1) *τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα*, 2) *τὸ τῶν πραγμάτων πέρας*, 3) *τὴν ταῖς πόλεσι φοιτῶσαν πρόσοδον*, 4) *τὸ ἀξίωμα* (sc. *οἱ ἐν τέλει*), 5) *τὸ δαπάνημα*, 6) *τὴν μυστικὴν — ἑορτήν*. — Eo vero loco (p. 881, 24. fr. 306), ubi episcopus se ad atticistas relegat, quattuor explicationes exhibet: *ἀνάλωμα καὶ τάξις καὶ ἀρχὴ καὶ γάμος*. Locus Eustathianus non plenus est. Apud Phot. Suid. Lex. Bachm. 383, 25 enim duae significationes adduntur: 1) *τὸ τοῖς βασιλεῦσι διδόμενον* 2) *τὸ πέρας*. Ita igitur inter se differunt, ut

Scholia Homerica haec sola exhibeant:

1) *τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα*[2])

2) *τὴν ταῖς πόλεσι φοιτῶσαν πρόσοδον*[3])

Atticistae haec sola servaverint:

1) *γάμος*

2) *τὸ τοῖς βασιλεῦσι διδόμενον.*

Non igitur vehementer scholia Homerica et atticistarum doctrina inter se discrepant. Unum fontem subesse suspicor, qui

---

[1]) Haec significatio solorum atticistarum est, cf. infra.

[2]) Ne ad *τάξιν* atticistarum referas, quae immo ad *τέλος* mysticum pertinet.

[3]) vectigalia igitur utrique auctori *τέλη* erant.

ab omnibus adibatur. Auctores, quos addere placuit, adiecerunt. — Doctrina Pausaniae, qualis in fr. 306 nobis occurrit, sic comparata est, ut *τέλος* radix praecedat, cui derivata *ἀτελής, πολυτελής, εὐτελής, τελέται, τελεῖσθαι, τελειότης, τέλειοι, οἱ ἐν τέλει* adiunguntur. Quod ex Eustathii more factum esse, ut voci explicandae ceteras similes adderet, fortasse putaveris. Ex parte verum est. Prima vero verba *ἀτελής, πολυτελὴς, εὐτελής* iam apud atticistas una glossa coniunctas fuisse docent Suid. s. v. *ἀτελῆ*. B. A. 458, 26. — Neque vero atticistae coniunxerunt, sed res iam multo vetustior est: cf. Athen. II. 40D.

θεοῖσι μικρὰ θύοντες τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους

Εὐριπίδης (fr. 329.) *φησὶ καὶ σημαίνει ὧδε τὸ τέλος τὴν θυσίαν. καὶ Ὅμηρος*

οὐ γάρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι
ἢ ὅταν εὐφροσύνην μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα.

τελετὰς καλοῦμεν τὰς ἔτι μείζους καὶ μετά τινος μυστικῆς παραδόσεως ἑορτὰς τῶν εἰς αὐτὰς δαπανημάτων ἕνεκα. τελεῖν γὰρ τὸ δαπανᾶν καὶ πολυτελεῖς οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες καὶ εὐτελεῖς οἱ ὀλίγα. Quem fontem Athenaeus sequatur, cum extet tantummodo excerptum lacerum, dici non potest. Lexicon, si Schoenemanno adsentiris p. 79., fuit Pamphileum. Simillimo igitur ex illo lexico ad atticistas et ad Eustathium transiisse consentaneum est.

Pausanias vero non solum Aristophanis doctrinam per Didymum assecutus est, sed ipse verbis clarissimis se Didymi opera secutum esse profitetur. cf. Eustath. p. 1039. 36. (fr. 86). *ἄφλαστον δέ, φασιν, οὐχὶ τὸ ἀκροστόλιον, διαφέρουσι γὰρ αἱ λέξεις, ἀλλὰ κατὰ Δίδυμον, ὥς φησι Παυσανίας, τὸ ἐπὶ πρύμνης ἀνατεταμένον εἰς ὕψος ἐκ κανόνων πλατέων, διήκοντος δι' αὐτῶν πλατέος κανονίου κτλ. — ἀκροστόλιον δέ φασι τὸ ἀπὸ τῆς πτυχῆς ἀνατεῖνον ξύλον ἐπὶ τὴν πρῷραν, περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Δίδυμος, ὅτι τὸ λεγόμενον ἀκροστόλιόν ἐστιν ἄκρος στόλος.* cf. fr. 86. not. 3. Quod Didymi nomen hic iteratur (fragm. ap. Schmidtium deest), et apud lexicographos (Suid. Schol. Apoll. Rhod. I. 1089) eadem doctrina redit, etiam *ἀκροστόλιον* vox Pausaniae tribuenda est. Quo ex libro, utrum ex lexico comico an ex Iliadis commentario prodierint, Schmidt. Did. p. 79.

181. ambiguus haeret. Propter Eustathii verba in etymologia allata *καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ* (si genuina sunt) lexin comicam praeferre malim. Voces autem ceteras Pausaniae tributas (*στόλος* et *πτυχή*) una cum *ἀκροστόλιον* iterum invenies apud Poll. I. 86, unde caput illud Pollucis *μέρη νεώς* (I. 85—92) ex Didymo depromptum esse puto. Eidem fonti debetur Paus. fr. 118. *δελφὶς δελφινοφόρος* cf. Poll. 85. — fr. 188. *ζυγός.* cf. Poll. 88. — fr. 413. *οἴαξ* cf. Poll. 89. — fr. 86. *ἄφλαστον* cf. Poll. 90. — fr. 305. (cf. not. 8). *ταρσοὶ κωπῶν* cf. Poll. 90. Et similia comparatis lexicis congeri poterunt. Similis fons Polluci subest in libro VII. cf. fr. 106. *γέρων* cf. Poll. § 73, fr. 47 cf. Poll. § 74. Pausaniam solum, non Aelium Dionysium, res navales explicasse apparet.

Alterum iam adeamus locum Pausanianum, quem ex Didymi operibus profectum esse suspicor. Suid. s. v. *ἀνάστατοι· πλακοῦντος εἶδος. οὗτοι δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρρηφόροις ἐγένοντο. ἐλέγοντο δέ τινες πλακοῦντες καὶ χαρίσιοι — οἱ δὲ ἀμφιφῶντες φθοῖς — σελῆναι — πέλανοι — πόπανα — βοῦς ἕβδομος.* Quem locum si cum Eust. p. 1165, 4. comparaveris, statim, etsi ordo mutatus est (id autem Eustathio potius tribuerim quam Suidae), eundem esse atque Paus. fr. 94. concedes. Pausanias rem ita apud Eust. l. l. sibi constituit, ut primo de *βοῦς* et *βοῦς ἕβδομος*[1]) ageret, deinde vero *σελῆναι, πέλανοι, ἀνάστατοι, χαρίσιοι, ἀμφιφῶντες, φθοῖς* enumeraret et voci *φθοῖς* soli levem explicationem adiungeret. Eustathium tantummodo Pausaniae doctrinam excerpsisse docet fr. 51. cf. Prol. p. 8. Unde mirum non est, locum Suidae geminum *ἀνάστατοι* hic illic plura (imprimis *χρήσεις* quasdam ab episcopo resectas) exhibere[2]). Eustathius autem proverbium illud *βοῦς*

[1]) Duas explicationes protulit, alteram quae ritum spectaret, alteram paroemiographicam.

[2]) Etiam illum locum lacerum esse docent verba *ὀνομάζονται δὲ ἀμφιφῶντες, ὡς μέν τινες, ὅτι τότε γίνονται, ὅτε ἥλιός τε καὶ σελήνη πρωὶ ὑπὲρ γῆς φαίνονται* collato Ath. p. 645 A. unde Philochorum huius explicationis auctorem esse apparet. Neque Athenaei locus recte se habere potest: *μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Δίφιλος ἐν Ἑκάτῃ. Φιλόχορος δὲ ἀμφιφῶντα αὐτὸν κληθῆναι καὶ εἰς τὰ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὰ φέρεσθαι, ἔτι δὲ καὶ εἰς τὰς τριόδους ἐπεὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐπικαταλαμβάνεται ἡ σελήνη ἐπὶ ταῖς δυσμαῖς ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς καὶ ὁ οὐρανὸς*

ἕβδομος adicit, unde suspicio, per Suidam Pausaniana ad nos pervenisse, reicitur. Inprimis in partes sunt vocandae gloss. πέλανοι ap. Phot. Suid. πέλανοι πέμματα ἐκ παιπάλης (an πάλης? cf. fr. 271. πολῆς Phot. πώλης Hes. — Mendum igitur iam codici Pausaniano inerat, quem illi manibus versabant), τουτέστιν ἀλεύρου, εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια. καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι Διονύσιος Θρᾷξ (cf. Nab. Prol. p. 66. 126). κτλ. Ceteri loci de pemmatologia veterum agentes iique celeberrimi Ath. XIV. p. 644—648 A. (quem Schoenemann p. 82. Pamphilo restituere studet) et Poll. VI. 72—79. ad illam quaestionem solvendam non magno usui sunt. πέλανοι enim ap. Athen. deficiunt, Poll. § 76 vero πέλανοι δὲ κοινοὶ πᾶσι θεοῖς habet. Auxilium autem suppeditat Harp. s. v. Δίδυμος δέ κυρίως φησὶ τὸ ἐκ τῆς παιπάλης (πάλης cod. A. D.) πέμμα, ἐξ ἧς ποιοῦνται πέμματα, ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ πεπλατύνθαι ἢ ὅτι λευκά ἐστιν. Didymi igitur doctrina in Pausanianis agnoscitur. Dubitare vero licet, an atticista ipse Didymum (cuius lexin comicam subesse puto propter χρήσεις a Suida allatas) adierit. Schoenemanni coniecturam Athen. l. l. in collectione bellariorum imprimis sequi Pamphilum[1]) sequentes etiam alia liborum genera illis in paginis laudata habemus, quorum explicatio cum atticistis concinat, cf. φθοῖς ap. Paus. et Ath. p. 647 D. (descript. ap. Eust. 1753, 3) ἀμφιφῶν ap. Paus. (cf. fr. 51. not. 4) et Ath. XIV. p. 645 A., χαρίσιος ap. Paus. (cf. fr. 94. not. 6) et Ath. XIV. p. 646 B., ψώθια (cf. fr. 30 not. 3) et Ath. XIV. p. 646 C. Etiam illae glossae ex Didymo fortasse per Pamphilum vel eius successorem ad atticistas pervenerunt. — Antiquissimum auctorem Hes. s. v. βοῦς ζ'[2]) profert Clitodemum. (Schmidt. glossam illam Diogeniano iniuria abiudicavit). Apud Athenaeum quidem glossa illa non redit, ut de Pamphilo certi quidquam

---

ἀμφιφῶς γίνεται. Non enim dicit, quae dies illa sit: dicit vero Suidas l. l. μουνυχιῶνος μηνὸς ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. Quae diei illius definitio sine dubio Philochori fragmento addenda est. Athenaeus vel in compilando Pamphilo omisit, vel textus corruptus est. Fortasse mendum in vocibus Δίφ. ἐν Ἑκάτῃ latet, quae comoedia aliunde non cognita est, cf. Kock, Com. II. fr. 28.

[1]) Laudatur Pamphilus ipse p. 645 C.

[2]) βοῦς ἕβδομος ap. Eust. solum extitit, non ap. Suid. s. v. ἀνάστατοι, ut supra docuimus. Glossa est paroemiographica cf. Suid. gl. 1. Mill. Mél. p. 357.

statui nequeat. Neque tamen Athenaeum omnia Pamphilea transtulisse certum est. Ideo, quod Diogenianus apud Hes. extat, etiam illam glossam ad Pamphilum reducere malim.

Tertius locus Pausanianus ex Didymo tractus est Eust. 1395, 48. *ἕτεροι δέ φασιν* (i. e. Ar. Byz. cf. Aelian. v. h. VII. 47 et fr. 95. not. 1). *ὅτι ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα λεόντων καὶ λύκων σκυμνία, καὶ ὅτι βρίκελοι διὰ διχρόνου τὰ μορμολυκεῖα. Π. δὲ περὶ τούτου φησὶν, ὅτι βρίκελα· προσωπεῖα βροτῷ ἴκελα ἢ βριξὶν ἴκελα· οὕτω δέ, φησιν, ἔλεγον τοὺς βαρβάρους.* cf. Hes. *βρίκελοι.* — *Δίδυμος δὲ τὰ τραγικὰ* (Schmidt: *βαρβαρικὰ*) *προσωπεῖα παρὰ Κρατίνῳ ἐν Σεριφίοις οἷον βροτῷ εἴκελοι.* Pausaniae igitur doctrina, ut saepissime fieri videmus, cum Aristophanea coniuncta apparet. Ipse autem Didymum expilavit, vel eius doctrinam per Pamphilum (vel Diogenianum) adeptus est.

Inde conicio, eos locos, quos atticistarum sectatores ex Didymo laudaverunt, per Pausaniam ad illos pervenisse. E. g. inter Photii glossas sex extant, quae ad Didymum provocant. (*ἡμεροκαλλὲς, Κυψελιδῶν ἀνάθημα, οἰνόπται, ῥάχετρον, σέρφοι, τευτάζειν*). Ac de *τευτάζειν* quidem iam habes Aelium Dionysium explicantem Eust. p. 968, 3. (fr. 308.). Neque tamen docta illa Photii et bonae frugis uberrima glossa ad eum respicit, cf. fr. 308. not. 1., sed ad Pausaniam releganda est. Aelius Dionysius ipse redit paullo ante s. v. *ταυτάζειν*. Schmidt, Did. p. 50. quidem, Nab. Prol. p. 66., Cohn. Jahrbb. XIII. 796. Boethum in partes vocaverunt, sed cf. p. 6. not. 6. Cum de illo parum constet, nemo relinquitur nisi Pausanias, quae opinio iam ea de causa commendatur, quod duplex glossa Photiana extat, quarum prior sine ulla dubitatione ad Dionysium reducenda erat.

§ 3.

Schoenemannus, qui ultimus quaestionem difficillimam suscepit, quo modo opus Pamphileum confectum sit, ad rerum ordinem[1]) dispositum fuisse censet. Cuius suspicionem sequenti hoc potissimum loco mihi quaerendum est, quid atticistae Pamphilo debeant. Fragmenta Pamphilea (ap. Schmidt., Quaest.

[1]) cf. Weber, Philol. Suppl. III. p. 488.

Hes. p. LXI—LXIX Ranke, de vera l. H. origine et genuina forma p. 120—129) percurrenti mihi haec obviam facta sunt, quae cum atticistarum notulis conspirent. fr. III. ἐδέατρος cf. Ael. Dion. fr. 147., fr. XVII. κότυλος cf. Pausan. fr. 143., lex. rhet. fr. 404., fr. XXXI. πρόκνις cf. lex. rhet. fr. 424. Sed in fragmenta singula nunc inquirendum est.

Ath. IV. 171 B. εἰλέατροι δὲ καλοῦνται, ὥς φησι Π., οἱ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν καλοῦντες τράπεζαν, παρὰ τὸν ἐλεόν. Ἀρτεμίδωρος δ' αὐτοὺς δειπνοκλήτορας ὀνομάζει. ἐκάλουν δέ, φησι, καὶ τοὺς προγεύστας ἐδεάτρους, ὅτι προήσθιον τῶν βασιλέων πρὸς ἀσφάλειαν. νῦν δὲ ὁ ἐδέατρος ἐπιστάτης γέγονε τῆς ὅλης διακονίας. ἦν δ' ἐπιφανὴς καὶ ἔντιμος ἡ χρεία.

Eust. p. 1403, 40. (Ael. Dion. fr. 147) ἐδέατρος — τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικὸν, ἡ δὲ χρεία Περσική. ἦν δέ, φησι, προγεύστης τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν, ὕστερον δ' ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. Ael. Dionysius igitur locum Pamphileum, cui explicationem paullo tantum diversam subiecerat, una cum χρήσει Artemidori (si φησὶ Athenaei recte ad illum revocatur) suum in opus transtulit. —

Alter locus Pamphileus est Ath. XI. 479 A. πᾶν δὲ τὸ κοῖλον κοτύλην, φησὶν (sc. ὁ Ἀπολλόδωρος)[1]) ἐκάλουν οἱ παλαιοί, ὡς καὶ τὸ τῶν χειρῶν κοῖλον — καὶ ἐγκοτύλη δέ τις παιδιὰ καλεῖται, ἐν ᾗ κοιλάναντες τὰς χεῖρας δέχονται τὰ γόνατα τῶν νενικηκότων καὶ βαστάζουσιν αὐτούς. Διόδωρος δ' ἐν Ἰταλικοῖς γλώσσαις καὶ Ἡρακλέων, ὥς φησι Πάμφιλος, τὴν κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίναν, παρατιθέμενος Ἐπιχάρμου· (cf. Epich. ed. Lorenz. p. 296).

καὶ πιεῖν ὕδωρ διπλάσιον χλιαρὸν ἡμίνας δύο.

Totum Athenaei locum Eust. compilaverat p. 1282, 40, sed ita, ut eum decurtaret et aliunde, quae sibi apta esse videbantur, insereret. Haec enim adicit. p. 1282, 47. φέρεται καὶ τοιαῦτα περὶ κοτύλης ἔν τινι τῶν παλαιῶν· κοτύλη· μέτρον. καὶ τὸ κοῖλον τῆς χειρός. ἡ μὲν δὴ κοτύλη, φησὶν, Ἑλληνικὸν, ἡ δὲ ἡμίνα οὐδαμοῦ. ἔστι δ' οὖν καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ ὄγ-

[1]) Locus Apollodori Cyrenaei ex Pamphilo depromptus videtur. Illius enim opera P. in suum usum vocaverat. cf. XI. p. 487 B. Schoenemann p. 84.

γίαν[1]) λέγει καὶ λίτραν[2]). Quis fuerit παλαιός ille ignoratur. Eum ex eodem fonte hausisse atque Pausaniam, quem mox laudabimus, manifestum est ex verbis κοῖλον τῆς χειρός, (i. e. Pamphili doctrinam repetivisse). — Tum pergit Pausanias (l. l.) παιδιά τις ἦν καλουμένη ἐγκοτύλη, ἐν ᾗ διαπλέξας τις ὀπίσω τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν ἐπενωτίζετο τὸν ἀναιρόμενον. ὁ δ' ἐνθεὶς τὸ γόνυ ταῖς χερσὶ καὶ περιλαβὼν τοῦ αἴροντος τὴν κεφαλὴν ἢ τὸν τράχηλον ἐβαστάζετο. ἐκλήθη δέ, φησι, ἐγκοτύλη, ἐπεὶ τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς κοτύλη λέγεται, εἰς ὃ κοῖλον ἐνετίθει τὸ γόνυ ὁ βασταζόμενος (fr. 143). Ex Pamphilo igitur definitio κοτύλη· τὸ κοῖλον τῆς χειρός, quam bis apud veterem illum et apud Paus. redeuntem vidimus, petita est. — Fortasse vero Pamphilus sua ex Aristophane Byzantio protulit. cf. Cohn, Jahrbb. Suppl. XII. p. 367 sq.

Ultimum fragmentum Pamphileum habes Ath. XIV. 653B. οἶδα δὲ καὶ Πάμφιλον εἰρηκότα προκνίδας γένος ἰσχάδων. Quocum conferas Eust. p. 1688, 31 (fr. 404.) εὕρηται δὲ καὶ Πρόκνις διὰ τοῦ ῡ ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ θηλυκὸν ὄνομα. αὐτὸ δὲ γένος ἰσχάδων δηλοῖ. Doctrinam igitur plane eandem ab utroque lexicographo prolatam vides.

Iam dudum Athenaeum paene totum pendere ex Pamphilo compertum est. M. Schmidt. Quaest. Hes. p. LXXI—LXXXIII ex primis sex libris ea fragmenta, quae Pamphilea ei videbantur, congessit. Schoenemann. p. 79—82. capita ex Pamphilo delibata indicavit seque totum Athenaei opus perscrutaturum esse spopondit, ut laciniae Pamphileae ante omnium oculos ponantur. Priusquam haec opera absoluta erit, certi quidquam de atticistis Pamphili sectatoribus praeter ea, quae modo laudavimus, argumenta proferre temerarium est. Eos tantum locos indicabo, qui apud Athenaeum et apud nostros inter se consentiunt. βήρηκες IV. 140A. et fr. 94 (vid. quae de Tryphone exponentur p. 73), γλεῦξις I. 31E cf. fr. 110, ἡγητορία III. 74D. cf. fr. 390. cf. p. 22., ἧδος II. 67C. cf. fr. 190. (cf. de Tryphone infra), τολύπη III. 114F. cf. fr. 94.

Qua via fragmenta Pamphilea ad atticistas transierint, utrum

[1]) Redit ap. Hes. ὀγκίαι. θημῶνες. χώματα.
[2]) cf. fr. 404. not. 4. Immisch Leipz. Stud. VIII. p. 312. 366.

Diogenianus intercedat an ipsi Pamphili opus adierint, adhuc ambigitur. Hic illa quaestio inserenda esse videtur, etsi Diogenianus ad elementorum ordinem lexicon suum disposuit, quod Diogenianea a Pamphileis difficillime secernuntur. Si fragmenta Diogeniani perscrutamur, non multa cum atticistis nostris conveniunt, sed digna in quae accuratissime inquiratur.

Primum nobis occurrit Phot. ἅ ἅ. — δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, ὥς φησι Διογενιανός, quocum concinit Eust. p. 855, 20 (fr. 337.) καὶ κεῖται ἐν ἐπιλογῇ λέξεων ἀρχαίᾳ, ὅτι ἅ ἅ [1]) δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Illa ἐπιλογὴ vero Aelii Dionysii opus fuit, cf. p. 19. Quo cum loco statim alter, fortasse ex Pausania derivatus, coniungendus est: Eust. p. 1533, 45. (fr. 413). κεῖται γοῦν ἐν λεξικῷ ῥητορικῷ ταῦτα· οἴαξ· πηδάλιον, αὐχήν. Διογενιανὸς δέ, φησιν, οἴακας λέγει, οἷς τὰ πηδάλια στρέφουσιν, ἤτοι κανόνας καὶ κρίκους, δι' ὧν οἱ ἱμάντες διείρονται. Lexicon autem illud rhetoricum Pausaniae fuisse inde verisimile fit, quod haec leguntur ap. Eust. p. 1533, 44. τὸ δὲ πηδάλιον, ὅτι καὶ ἐφόλκιον λέγεται, δηλοῦσιν οἱ παλαιοὶ κτλ. (Sequ. fr. 413.) et p. 1761, 12. (fr. 245) ἐφόλκιον· τὸ πηδάλιον λέγει ⟨Ὅμηρος⟩, ὡς ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς. ἐφόλκιον μέντοι εἶδος πλοίου — καὶ παρὰ Παυσανίᾳ εἰπόντι λέμβος κτλ. — Recte Naber Prol. p. 27. ex hoc loco effecit, lexicographum illum (Pausaniam) iam ad Diogenianum ipsum provocasse et E. illius explicationem integram in suum opus transtulisse. Contra Boysen p. 62. haud idoneis causis hanc rem impugnare studet. Id enim nullo modo removeri poterit, Διογ. δέ, φησι, λέγει οἴακας nos interpretari aliter non posse, quam: lexicographus ille Diogenianum haec dixisse affirmat. — An alia Diogeniani fragmenta (veluti ὑπόξυλος ap. Walz. V. p. 486., βρομήσει (fr. 96.)

---

[1]) Nauck p. 160 omnium vocum effuticiarum, quas Eust. l. l. congessit, fontem fuisse unum, eumque Ar. Byz., coniecit. Contra Cohn, Jahrbb. Suppl. XII. p. 366. ex diversissimis fontibus locum illum conscriptum esse putat. Nauckii coniectura certis rationibus stabiliri non potest. (φίττα ap. Mill. Mél. p. 436 solum Suetonianum est.) Cohnii suspicio vero ideo improbanda, quod ad ἅ ἅ, βή, χύρρε Aelius Dion. laudatur (cf. fr. 97. 327), unde verisimile fit, ex iis, quae de rationibus, quibus E. in atticistis adhibendis usus est, exposuimus, etiam reliqua eidem fonti attribuenda esse.

cf. Et. M. 214, 36) ad atticistas revocari possint, dubito [1]. Boysen p. 61 sq. recte glossam ὑπόξυλος in alterutram partem vocari posse demonstravit. Atticistas igitur opera Diogeniani, etsi scriptor eiusdem fere fuit aetatis, suum in usum vocasse libenter concedimus. Id vero extra omnem dubitationem poni debet, ex paucissimis fragmentis, quae iure ad Pamphilum, Diogenianum, et simul ad atticistas revocantur, nexum talem, ut Pamphilea per Diogenianum ad atticistas pervenerint, statui non posse.

§ 4.

Quartus vero accedit auctor, quem in libris ad rerum ordinem dispositis ab atticistis adhibitum esse certum est, Trypho Alexandrinus [2]. Eius fragmenta autem maximam partem grammatica et prosodica fuisse mox apparebit. Iam Nab. Prol. 75. opinionem protulit, atticistas nonnullis locis ex illo pendere. Cohn. Jahrbb. XII. 319. not. 78. id quidem incertum esse putat, utrum Aristophanea per Tryphonem ad atticistas pervenerint, necne. — Testimonium, quod nobis ostenderet, alterum ex altero citari, deest [3]. Tamen plura afferre possum, quibus demonstratur, Naberi opinionem rectam esse. Imprimis fuerunt libri Tryphoniani, qui atticistas allexerunt, grammatici, ut περὶ πνευμάτων (Velsen. 5—10), περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας (ib. p. 10) et similes. Adnotationes grammaticae non paucae apud atticistas occurrunt. Imprimis debentur Aelio Dionysio, Pausaniana rarius invenies.

Ex libro περὶ πνευμάτων haec nobis occurrunt. Fr. 3. ed. Velsen. Epim. Hom. p. 193, 28 (Cram. An. Par. III. 367, 16) ἦδος. ὁ Τρύφων ὁ γραμματικὸς συναινεῖ τοῖς δασύνουσι τὴν λέξιν ταύτην, διότι ἀπὸ τοῦ ἥδεσθαι, ὃ σημαίνει τὸ τέρπεσθαι, γέγονε. καὶ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἕλκεσθαι ἐγένετο ἕλκος κτλ. cf.

---

[1]) De γαῖος voce (fr. 98) consulto tacuimus. Nondum enim compertum est, fragmentum γαῖον cum schol. ad Iosua VIII. 8 ap. Schmidt Qu. H. p. 88 comparandum sit necne. cf. fr. 98. not. 1.

[2]) Cuius fragmentis ab A. de Velsen conlatis duo addere possum. Eust. p. 1214, 41 (cf. fr. 20), Mill. Mél. p. 43, 1.

[3]) Nab. l. l. falso ad δόχμη provocat: ἕτερος δέ τις Herodianus est cf. fr. 136.

Eust. p. 1417, 20. ἦδος[1]) δὲ τὸ μὲν ὄφελος ψιλοῦσιν οἱ πλείους, ὡς μεταπλασθὲν ἐκ τῆς ἡδονῆς εἰς τροχαῖον, ἐπὶ δὲ ὄξους δασύνουσιν. Αἴλιος γοῦν Διονύσιός φησιν· ἦδος τὸ ὄξος· δασύνουσιν οἱ Ἀττικοὶ — Παυσανίας δὲ εἰπών, ὅτι ἦδος· τὸ ὄφελος καὶ τὸ ὄξος οὐδέν τι περὶ πνευμάτων ἔφη. Rem fuisse controversiae obnoxiam Velsenus l. l. accurate exponit: Herodianus[2]) enim (Schol. Apoll. Rhod. I. 1294. An. Par. III. 144, 23) omnia neutra trochaica in ος finientia spiritu leni uti, si prima vocalis producitur, affirmat. cf. Suid. s. v. ἦμαρ. Tryphon autem ἧδος scribi iubet, quod ab ἥδεσθαι derivandum sit. Ex atticistarum loco apparet: 1) ἦδος duplici significatione adhibitum fuisse (ὄφελος et ὄξος[3]).) 2) Pausaniam spiritum minime curantem utramque explicationem protulisse. 3) Ael. Dion. ὄξος tantum protulisse, vocem spiritu aspero ornandam esse iussisse et voces ἡδυλίζειν, ἡδυλισμός adiunxisse. Dixeris fortasse, veteres ita voces inter se artificiose distinxisse, ut ἦδος = ὄφελος, ἧδος = ὄξος esse iuberent. Quae opinio iam inde cadit, quod ἦδος = ὄξος ap. Poll. VI. 65. Ath. II. 67D[4]) occurrunt. — Aelius Dionysius igitur solum ἧδος· ὄξος protulit et secundum Tryphonem spiritu aspero scripsit.

Dubitanter ad Tryphonem rettulerim fr. 316., ubi scholiasta Homericus (Ven. A.) et Ael. Dion.: φίλιππος μὲν τῆς μέσης δασυνομένης τὸ προσηγορικὸν — δασέως δὲ ὁ Μακεδών. cf. Ath. IX. p. 397E., qui Tryphonem de spiritu intercalari agentem laudat. Illum afferri puto, quod scholiasta regulam illam contra Herodiani opinionem pugnare testatur.

Alter eius liber fuit περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας, quem atticistae nonnunquam adiisse videntur.

fr. 9. (Ammon. p. 68). Θαλαμάς, ὡς ἀγαθάς, καὶ θαλά-

---

[1]) Cave cum Velseno Sext. Emp. p. 612, 10. Bekk. ἦδος vocem adhibuisse putes. Immo est ἦ δ' ὅς glossa Platonica cf. Mill. Mél. p. 399.

[2]) Herodianum Orus sequitur, si recte apud Et. M. 626, 58. Gaisf. ἦδος legitur. Locus, qui respondeat, in Et. Gud. deest. Legimus vero s. v. ἄδην 8, 30. ἦδος. — Locus παράλληλος in Et. Or. 118, 14., ἧδος exhibens, ad Philoxeni auctoritatem provocat.

[3]) cf. Ath. II. 67C., unde huius significationis auctorem Schmidt, Qu. H. p. LXXIII Pamphilum evincere studuit.

[4]) Atticam vocem esse illi affirmant. Orus Cyrenaicam agnoscere putavit cf. Et. M. et Et. Or. l. l.

μας, ὡς μεγάλας, διαφέρειν φησὶ Τρύφων παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. ἐὰν μὲν γὰρ ὀξυτονήσωμεν, δηλώσει τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν, ἐὰν δὲ βαρυτονήσωμεν, τὰς καταδύσεις μηνύει.

Eust. p. 906, 48. (fr. 199.) *καὶ τῆς ἁρπαγῆς δὲ [ἤτοι διαρπαγῆς] ἡ ἁρπάγη ⟨διαφέρει⟩ σκεῦος, αὐστὴρ, ᾧ κάδους ἀνέλκομεν. ὁμοίως καὶ θαλάμαι μὲν βαρυτόνως ζωικαὶ καταδύσεις, θαλαμαὶ δὲ τόποι ἱεροὶ Διοσκούρων, ὡς Αἴλιος Διονύσιος παρεσημειώσατο.*

Iam v. Velsen p. 12. Nab. Prol. p. 77 haec ex Tryphone desumpta esse contenderunt. Locus vero ille Eustathianus ideo memorabilis est, quod tales differentiae vocum plures afferuntur. Duae autem sunt series: prior l. 43—50, quae vocibus Dionysianis finitur, posterior, ad elementorum ordinem disposita, quam se Philopono debere episcopus testatur. Fortasse prior series *διαφόρων σημειώσεων* ad eundem Tryphonem reducenda est. Exempla enim adlata (imprimis nomina propria, quae alio accentu utuntur, atque appellativa, ut *Κάκος* et *κακός*) nusquam alias, imprimis non apud Herodianum, recurrunt.

De fr. 10. (Ammon. p. 94). *μισητὴ καὶ μισήτη διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. ἐὰν μὲν γὰρ ὀξυτονήσωμεν, σημαίνει τὴν ἀξίαν μίσους — ἐὰν δὲ βαρυτονήσωμεν, τὴν καταφερῆ πρὸς συνουσίαν. τὴν δὲ διαφορὰν τῶν σημαινομένων καὶ παρὰ Δωριεῦσί φησι φυλάττεσθαι καὶ παρ' Ἴωσιν* iam Nab. p. 76 sq. fusius egit, et ex Phot. *μισήτη* cf. Eust. p. 1651, 1. Aelium Dionysium eandem doctrinam protulisse recte conicit. An recte Aristophanis doctrinam[1]) a Tryphone excerptam esse Naber putet p. 77., incertum est.

Ad vocem *ἁρπάγη* iterum provocat Trypho *ἐν τρίτῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας* ap. Ammon. p. 22. (fr. 12. Vels.) cf. p. 79. et. Eust. p. 1390, 52. Coniectura sat probabili ea, quae Eust. p. 1698, 28. ex Tryphone profert, ad atticistarum lexica (quorum fr. 88[2]) subsequitur) referre possumus.

---

[1]) Quae Ar. Byz. docuerit, ambigitur: Eust. l. l. *μισητέαν* exhibet, idem Poll. VI. 189. In excerptis M. vero accentus *μισήτη* (ut apud Tryphonem) legitur.

[2]) cf. not. 1. Atticista cum Herodiano concinit. — Ea quae Eust. l. l.

Ad exempla ex lexicographis (testimonio atticistarum deperdito) petita procedere non in animo est. Nonnulla Naber protulit Prol. 75. sq. An vero Naberi coniectura, fragmenta Aristophanea maximam partem per Tryphonem ad atticistas propagata esse, vera sit, dubito. Cur enim illi non adirent ipsa Aristophanea, cum nostro adhuc saeculo pretiosa illa fragmenta servata sint?

Sed ad ceteros Tryphonis libros nunc transeundum est. Ex libro *περὶ τῆς ἐν κλίσεσιν ἀναλογίας* haec Ath. VII. 299 A (fr. 21 Velseni) adfert: *ἔγχελυς. οἱ Ἀττικοί; καθώς Τρύφων φησὶ*[1]), *τὰς ἑνικὰς χρήσεις ἐπιστάμενοι διὰ τοῦ ῑ, τὰς πληθυντικὰς οὐκέτι ἀκολούθως προφέρουσιν* multis veteris comoediae exemplis illustrata. cf. Eust. p. 1231, 35. (fr. 145) *φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι ἔγχελυς τὸ ἑνικὸν, ἐγχέλεις τὸ πληθυντικὸν, καὶ ἐγχέλεων καὶ ἐγχέλεσιν.* — Cetera fragmenta grammatica sat multa apud atticistas non recurrunt.

Ex *φυτῶν ἱστορίᾳ* autem atticistae nonnulla deprompsisse videntur. Proficiscendum est a Cram. An. Par. IV. p. 248. *Τρύφων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἄρτων γένη ἐκτίθεται διάφορα, ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, ἐγκρυφίαν καὶ κλιβανίτην, ὃν κριβανίτην φασὶν Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ρ.* Doctrina illa fusior redit ap. Ath. III. 109B. (cf. Vels. p. 84.) Neque tamen Velsenus totum Tryphonis fragmentum ex Athenaeo enucleasse videtur (equidem fines illius usque ad p. 112F propagaverim). Sine dubio etiam p. 110C *Ἀττικοὶ μὲν διὰ τοῦ ρ̄ στοιχείου λέγουσι καὶ κρίβανον κριβανίτην, Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ β' — καὶ Σώφρων κτλ.* Aelius Dionysius autem haec tradit (Eust. p. 1511, 12.) *παράγει καὶ τὸν κρίβανον, ὅς ἐστι κριθῶν βαῦνος (τουτέστι κάμινος) καὶ Ἀ. Δ., ὃς καὶ κλίβανος λέγεται.* Illi loco autem haec adduntur: *ὡς δὲ βαῦνος καὶ ἡ ἑστία λέγεται, ὅ ἐστι κάμινος, ἀφ' ἧς, ὡς ἀλλαχοῦ ἐφάνη, καὶ ὁ βάναυσος, ἡ Δωρικὴ ἐν Πελοποννήσῳ γλῶσσα μέχρι καὶ νῦν δηλοῖ.* Glossas *βαῦνος* et *βάναυσος* duas ob causas Aelio Dionysio vindicavi. Ipse enim *βαῦνος* = *κάμινος* dicit: eadem explicatio atque supra redit ap. Et. M. 187, 38. *βάναυσος κυρίως πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς*

adiungit, ridicula sunt. Nemo enim ‚*ἑορτών· μὴν Ἀττικός*' audivit cf. Lentz ad Her. I. 37, 1. not.

[1]) Aliter Herodianus iudicasse videtur cf. II. p. 760, 10—16. Lentz.

ἐργαζόμενος. βαῦνος γὰρ ἡ κάμινος. ῥητορική. Vocula ultima ῥητ. gravissimi est momenti. Cum Heyd. Leipz. Stud. VIII. 223 in ea firmum argumentum agnosco, cur hanc Et. glossam Aelio Dionysio tribuam. βάναυσος igitur, a βαύνῳ derivatus, opifex erat focarius, deinde ad sensum ab aliis circumlatum transiit. Veteres autem duas illius vocis etymologias tradiderunt, quas servat Et. Gud. p. 104, 3. βάναυσος· ὁ διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος, παρὰ τὸ βαῦνον, παρὰ τὸ τὰς αὔνους καίειν, ἤγουν αὔειν[1]). Τρύφων, ὁ τοῦ Ἄμμωνος (sic!), ἀπὸ τοῦ βαύνου βάναυσος λέγει κατὰ πάθος. ὤφειλε γὰρ ὡς παρὰ τὸ ἵππος ἱππάσιος, κριὸς κρίασος, οὕτω βαῦνος βαύνασος· Χρύσιππος[2]) δὲ ἀπὸ τοῦ τεχνίτας † τὴν πρὸς τὸν βίον ἐγγίνεσθαι καὶ πορίζεσθαι. — Ael. Dionysium supra voces βάναυσος et βαῦνος coniunxisse vidimus (cf. Et. M. l. l. Eust. p. 1511, 12. 1564, 35). Voces autem non coniunxisset, nisi etiam in etymologia illa Tryphonem magistrum secutus esset. Ideo ab illo Ael. Dion. etiam βαῦνος et βάναυσος voces deprompsisse confidenter affirmo.

Cynulcus, cum Pontiani et Arriani orationem libro Athenaei tertio de panibus et placentis exciperet, haec addit: p. 114E. καὶ μάζας δ' ἔστιν εὑρεῖν ἀναγεγραμμένας παρά τε τῷ Τρύφωνι καὶ παρ' ἄλλοις πλείοσιν. παρ' Ἀθηναίοις μὲν φυστὴν[3]) τὴν μὴ ἄγαν τετριμμένην, ἔτι δὲ καὶ καρδαμάλην[4]) καὶ βήρηκα καὶ τολύπας κτλ. Idem fieri videmus ap. Eust. p. 1414, 18. εὕρηται γοῦν ἐν λεξικῷ ῥητορικῷ, ὅτι ἄγμα· οὐ μόνον σύντριμμα ἀλλὰ καὶ κατειργασμένον ἔριον. ὅτι δὲ καὶ βήρηξ ἡ αὐτὴ ἐλέγετο, δηλοῖ ὁ εἰπών· βήρηκες· φυράματα μαζῶν καὶ αἱ τολύπαι ⟨σφαῖραι⟩ τῶν ἐρίων. Ex. p. 1399, 64 (cf. fr. 8. not. 2.) ἄγμα Aelii Dionysii fuisse vidimus, unde etiam βήρηκες et τολύπαι ad illum referenda esse puto. Inde, quod alias iam demonstratum est, iterum demonstratur Tryphonem ab Aelio Dionysio compilatum esse.

Sine dubio plura Tryphoniana glossis atticistarum insunt. Ea, quae Nab. ex Tryphonis et lexicorum consensu ad Aelium

---

[1]) Ineptissima illa Et. Gud. ad Herodianum refert p. 104, 10. cf. Herod. p. II. 174, 7. Lentz.

[2]) Chrysippi etymologiam iam pridem turbatam fuisse docet Gaisf. ad Et. M. 187, 17. De medela certi quidquam afferri nequit.

[3]) cf. Suid. [4]) cf. Phot. Hes.

Dionysium revocat p. 79., laudanda, non explananda putavi. Id autem iterum statuendum est, nullum extare vestigium, quo Pausaniam Tryphonis doctrinam adiisse demonstretur.

Hoc in loco nobis subsistendum erit. Quaestio enim, unde atticistae, inprimis Aelius Dionysius, glossas grammaticas traxerint, cum adhuc certis grammaticorum graecorum subsidiis egeamus, solvi nondum poterit. Singula tantum nobis proferre liceat. — Saepius Aelius Dionysius (Pausaniae notitia grammatica exilior est, quam ut aliquid iudicii proferri possit) concinit cum Herodiano. Ex libro quidem *περὶ μονήρους λέξεως* pauca tantummodo proferri possunt: *φερνὴ ὀξυτόνως* cf. II. 939, 9. cf. fr. 442. not., *ψὸ* ap. Eust. p. 855, 25. (cf. fr. 337. not. 7) et II. 951, 25. Lentz., quas glossas supra etiam ab Ar. Byz. prolatas esse vidimus cf. p. 33. 68. not., *χαμᾶζε περισπᾶται* fr. 322. not. 1. cf. II. 951, 27.

Eum imprimis librum Herodiani qui *περὶ ὀρθογραφίας* inscribitur, multa continuisse, quae cum atticistarum doctrina conspirent, veri simile est. Ordinem Lentzianum sequentibus, qui fragmenta collecta ad elementa disposuit, primum nobis occurrit p. 472, 7 *ἀλάβαστον*[1]) cf. fr. 31. (Aelio Dionysii), p. 475, 27 *ἀναρριχᾶσθαι*[2]) cf. fr. 76 (Pausaniae), p. 479, 2. *ἀρρενικὸν* cf. fr. 75., p. 481, 6 *βαλβίδες* cf. fr. 90., *βήρηκες* p. 481, 9. cf. fr. 94. 341., *βλήχων* p. 482, 33. cf. fr. 97. (omnia Dionysii), *γαλερός* p. 485, 12 cf. fr. 99. (Paus.), *γλύξις* p. 487, 3 cf. fr. 110 (Paus.) *δάπιδες* p. 489, 20 cf. fr. 304., *εἰθύφαλλον* p. 498, 12 cf. fr. 152.[3]), *εἰλυσπᾶσθαι* p. 500, 14. cf. fr. 396. et 397., *ἐρίκη* p. 511, 1 cf. fr. 177., *θειλόπεδον* p. 519, 27. cf. fr. 377., *Θελγῖνες* p. 520, 5 cf. fr. 436 (cf. p. 53., ubi fontem utriusque Ar. Byz. agnosces), *κειρύλος*[4]) p. 532, 4 cf. fr. 37 s. f. cf. *κίρις,*

---

[1]) An recte *ἀλάβαστον* et *ἀλάβαστρον* seiungantur, ut Lentzio placuit, dubito. In lexicis utramque formam utraque significatione adhibitam esse, not. ad fr. l. l. docent.

[2]) Eundem locum Et. M. 99, 22 ex Herodiani *περὶ παθῶν* traxit. cf. II. 387, 5.

[3]) Fortasse ad Herodiani *περὶ ὀρθογραφίας* etiam referenda sunt fr. 151. *ἰδύος*. fr. 209. *ἰλλός* et similia.

[4]) An recte hanc formam Lentzius ex Hesychio depromserit, dubium. cf. fr. 37. not. 2.

κιχλισμὸς p. 535, 3. cf. fr. 108., *κλισίον* p. 536, 3 cf. fr. 231., *κράστις* p. 537, 24. cf. fr. 111., *κρεῖον* p. 538, 1. cf. fr. 237. (Paus.), *κρίβανος* p. 538, 21. cf. fr. 238., *κροσσός* p. 539, 10. cf. fr. 240.[1]), p. 539, 20 *κτίλος* cf. fr. 241. (Paus.), p. 551, 28. *μόλιβος* cf. fr. 258., *ξιφίζειν* p. 557, 18. cf. fr. 264., *ὄα* p. 557, 27 cf. fr. 266., *οἶσθα* p. 559, 13 cf. fr. 267.[2]), *πελιός* p. 566, 17. cf. fr. 278. (cf. p. 568, 15), *προὔνειχος* p. 574, 9 cf. fr. 284., *σαρδόνιος γέλως* p. 579, 1. cf. fr. 427., *τάριχος* p. 587, 27 cf. fr. 217., not. 29.[3]), *τάπιδες* p. 587, 20. cf. fr. 304., *ταρροί, ταρσιήν* p. 587, 32 cf. fr. 305., *τηθαλλαδοῦς* p. 390, 16. cf. fr. 309. *χειλός* p. 615, 16. cf. fr. 323., *ψαιστὸν* p. 607, 24. cf. fr. 335., *ψίσαι* p. 608, 23 cf. fr. 449.

Quae fragmenta Lentzius ex coniectura Herodiano restituit, plurima apud lexicographos redeunt, qui iterum ex atticistis hauserunt. Unde perspicuum fit, fontes, quos et grammatici et atticistae adierunt, eosdem fuisse.

Ceteras glossas grammaticas mittemus. Difficile est in laciniis iudicare, quem auctores secuti sint, cum de systematis veterum et de systematum defensoribus parum certa constent. Id vero dubium esse non potest, a t t i c i s t i s cum g r a m m a t i c i s comparatis (quod hoc tempore nondum ad certum finem deduci potest) non solum doctrinas, quae vocantur lexicographicae, sed etiam grammaticas ultra Augusti tempora reducendas esse, i. e. ad doctrinam Alexandrinorum infinitam.

§ 5.

De ceteris atticistarum fontibus non amplius disserendum erit. De glossis paroemiographicis tacebimus, cum iam Hotopius in Neue Jahrbb. Suppl. XVI. rem sic instituerit, ut me argumenta illius plane sequi fatear. Imprimis in ea re cum illo faciendum est (l. l. p. 274.), Eustathium ipsos codices volgatos aut

---

[1]) Lege *κρωσσός* unde emendandus Herod. ap. Eust. 1746, 30.

[2]) cf. not. ad. l. l.

[3]) Unde suspicio oritur uberrima et doctissima illa, quae Ael. Dion. de generibus substantivorum exposuit, cum *τάριχος* ap. Choerob. 265, 8 ex Herodiano fluxerit, omnia ex Herodiano vel ex fonte cum illo communi derivata esse.

Zenobii proverbia non cognovisse [1]) et Pausaniae imprimis doctrinam secutum esse. Pausanias enim, cf. Hotop. p. 274. sq. plurima proverbia protulit, multo minor est numerus Dionysii.

De fontibus lexicographicis, quae quarto loco posuimus, iterum paucissima dicenda sunt: fontem primarium iam supra Pamphilum agnovimus: hic illic etiam ad Diogenianum provocaverunt nostri: qualis nexus inter Pollucem, Harpocrationem, ceteros aequales statuendus sit, plane incertum est, et etiamsi multa et utilissima a Schmidtio, Nabero, Boyseno, Cohnio ad has quaestiones difficillimas allata sunt, res adhuc in limine versat.

Paucissima atticistae ipsi attulerunt, ut voces quasdam barbaras, imprimis ethnicas (*δίρκος, ἄκτις, ὄλιον*). neque magni sunt momenti. Lexica eorum non ob nova additamenta, quae priores omiserant, lectione digna erant sed ideo optimae fuerunt notae, quod testimonia veterum abunde addiderant. Quod nonnullis in exemplis [2]) adhuc cognoscere possumus: dolendum est, quod fortuna invida nobis haec opera denegavit et posteriorum tantum compilationes nobis servata sunt, qui vel taedio commoti vel quod pretium testimoniorum ignorabant, pretiosissimas relliquias desecuerunt. A. Dionysium et Paus. ante ceteros auctores Thucydidem in deliciis habuisse iam Nab. Prol. p. 65 demonstravit. (cf. fr. 214. not. 7., fr. 305 not. 7., fr. 372. not. 1.) Id inprimis moneo atticistas eam traditionem sequi, ut etiam poetas novae comoediae, inprimis Menandrum, ut atticismi purissimi testes non improbandos, in usum vocarent. cf. Pausan. in fr. 293., Ael. Dion. fr. 30. 32. 97. 190. 291. 292. 313. 325. et. lex. rhet. fr. 361. 442. Qua in re eos cum severioribus iudicibus sermonis purissimi pugnare intelleges. Tales enim testes a Phrynicho improbatos esse constat, cf. p. 196. Lob. *μεγιστᾶνες — ἔθηκεν, ἴσως Μενάνδρῳ ἀκολουθήσας, οὐ δή τινι τῶν παλαιῶν* cf. ib. p. 331. 363. 387. 415. (*ἐν Μισογύνῃ*) 415. 425. 440. 442. — Ita fit, ut in Phrynichi praeparatione sophistica

[2]) Lucilli Tarrhaei *ἐν πρώτῳ περὶ παροιμιῶν* locus p. 855, 4 ex Ammon. p. 9. Valck. detractus est.

[1]) Imprimis, ut iam Nab. p. 25. demonstrat, accurate Thucydidem tractabant, cf. fr. 214. not. 7., fr. 305. not. 7., fr. 372. not. 1. cf. quae Rindfl. p. 17. de testibus protulit.

(quo in opere haud exigua inveniuntur, quae cum atticistarum doctrina conspirent) nulla novae comoediae testimonia appareant. Antiatticista[1]) vero (cuius libelli pretiosissimi editio idonea adhuc desideratur) — fortasse Orus, ut Ritschelio placuit — cum atticistis faciens, ad novae comoediae auctores, inprimis Menandrum, saepius provocat. cf. B. A. 81, 12. 82, 11. 96, 1. 115, 1. — Phrynichus deinde Philippidem in usum vocari noluit (p. 363. Lob.), sed adhibetur ab atticistis (fr. 361.) et antiatticista (B. A. 80, 32. 86, 12. 92, 22. 100, 1. 104, 27. 108, 12. 112, 31. 113, 33. 116, 23.). In antiatticistae opere id imprimis animum movet, quod tam saepe ad Thucydidem provocavit et eius libros tam diligenter versavit, ut p. 102, 18. *καταλλαγῆναι· φασὶ διαλλαγῆναι. Θουκυδίδης τετάρτῳ δίς* dicere possit. Rem vero non ex Thucydide ipso detraxit, ut mox apparebit, sed potius e lexico quodam maiore, quod ipse auctor (qualiscunque fuit) in breve contraxit. Recte enim Thucydides laudatur, non autem *διαλλαγῆναι* bis legitur in libro quarto sed *διαλλακτής* (c. 60, 1. 64, 4), quae glossa haud dubie in fonte, quem antiatt. adierat, cum *διαλλαγῆναι* coniuncta extiterat. Ita enim adhuc ap. Suidam recurrit. Alterum autem lemma recidebatur et ita factum est, ut hodie glossa circumferatur, quae sensu plane caret. (Similiter in p. 93, 28).

Ex servatis autem lexicis plura etiam atticistarum fragmenta colligi possunt, imprimis Photio adhibito, ut Naber in Prol. passim et evidentissime demonstrat, multa si cum Eust. congruunt, huius originis esse demonstrari poterit, illo auctore imprimis, si quae longiora fragmenta protulimus, freti lexicon omissum reconstruere tentavimus.

---

[1]) Unde anteatticista sua deprompserit et qua ratione factum sit, ut nonnunquam cum Ael. Dion. et Paus. conspiret (cf. B. A. 77, 3. et fr. 81., p. 87, 7. et fr. 116, p. 88, 2 et fr. 98., p. 95, 18 et fr. 296., p. 116, 32 et fr. 335.) nondum compertum est. Uno quidem loco etiam illud lexicon sane vehementer discrepans a ceterorum agmine ex fonte fere omnibus communi derivatum esse, i. e. ex Pamphili voluminibus, docent B. A. 101, 16, comparatis Ath. XIV. 630B et fragm. 164. not. 3. — Aristoph. Byz. agnosces in B. A. 91, 14. cf. Mill. Mél. 428, 1.

Saepissime Suidas, quem non ex Photio ipso, sed ex eisdem fontibus atque patriarchae lexicon derivatum esse credimus, ad auxilium succurrit. Quaestionem sane difficillimam nuperrime Roellig, Diss. Philol. Halens. vol. VIII. p. 1—67. 1887. ita expedivit, ut Suidam ex similibus fontibus atque Photium prodiisse putaret Eudemumque sub eo latere arbitraretur. In eo imprimis adsentior, non Suidam e Photio pendere (quam opinionem Zarncke, Symb. ad Poll. tract. Lips. 1885 p. 48. sqq. Batavos secutus defendere studuit). An recte se habeant, quae se demonstrasse affirmat p. 66., Suidae glossas cum Photio consentientes ex Eudemo derivandas esse necne, diiudicari non potest, donec Boyseno placuerit editionem futuram in lucem emittere. — Röllig inde a p. 19. sollerter atticistarum operibus utitur, ut Suidam non ex Photio, qualem nos manibus terimus, prodiisse demonstret. In Suidae opere autem tam multa et bonae frugis plena ex atticistarum operibus omissa esse putat, ut Suidam non ex ipsis atticistis hausisse, sed per alterum auctorem ad illorum divitias processisse censeat. Sed cur Suidas non auctores, quorum codices etiam duodecimo p. C. n. saeculo praesto erant (cf. Eustath., qui ipse eos inspexit, Prol. p. 5. sq., Usener, Neue Jahrbb. vol. 140. p. 387.), ipse evolveret? Nonnunquam Suidas, ut Röll. p. 21. ipse concedit, plura habet quam Phot., cf. fr. 111. 219. Veram Pausaniae doctrinam ex Suid. s. v. *ἀνάστατοι* feliciter restitui potuisse, supra p. 8. 29. demonstravimus. Alia exempla imprimis in eis partibus operis atticistarum occurrunt, ubi auxilio codicis Galeani destituti sumus. Sed, ut Röll. recte coniecerit, ad doctrinam Aelii Dionysii et Pausaniae restaurandam non ita multum valet, utrum Suidas ex atticistis ipsis deprompserit necne, cum innumeris exemplis, quam accurate ille cum Photio auctore imprimis in partes vocando conspiret, apertum sit.

Idem fere factum esse in lexico Bachmanniano apparet, quod, etsi plerumque cum Suida concinit, tamen hic illic plenius est (Litteram A iam dudum Naber Prol. p. 130—166 ex Ael. Dion. et Pausania prodiisse demonstravit). Etiam in ceteris operis partibus, (cf. Nab. Prol. p. 127—130) etsi sunt vehementer contracta et exilia, nonnunquam vestigia atticistarum

comprehenduntur neque omnino neglegi debuerunt. Eae imprimis glossae, quas Bachmannus asterisco insigniverat, quia nusquam redeunt (et quod praecipue in Suida alias plane congruo desiderantur), accuratius tractandae et respiciendae erant.

Quartus auctor fuit Etymologus Magnus, (cuius ῥητορικὸν λεξικὸν = atticistarum opera fuisse Heyden Leipz. Stud. VIII. p. 173 sq. demonstravit) et frater eius Etymologus Gudianus. Neque vero in Gudiano neque in Orionis opere lexicon illud rhetoricum adhibitum vidi. Ideo vestigia, etsi non prorsus absunt, tamen multo rarius obversantur.

Quintum auctorem in usum vocabimus Hesychium, cuius in opere plurifariam atticistarum doctrinam repetitam videbis. Nec mirum. Nabero enim Prol. p. 27 affirmanti adsentimur (p. 68.) Diogenianea opera ab atticistis adhibita esse, etsi, quod primo obtutu obstare videtur, auctores fere eiusdem sint aetatis. Iure igitur dubitaveris, an M. Schmidt. in minore Hesychii editione ea fragmenta, quae cum atticistis plane conspirant, Diogeniani Periergopenetibus recte ademerit.

Cetera operis adiumenta non tanti momenti sunt: imprimis id mihi fatendum est, scholiorum collectiones non tantum lucri praebuisse (etsi haud exigua atticistarum doctrina ad illas transiit) quantum antea speraveram.

Saepissime autem lexicographi posteriores rem ita instituerunt, ut non solum excerperent et decurtarent, sed etiam verborum tenorem immutarent et corrigerent. In addendis igitur lexicorum et scholiorum locis ita versatus sum, ut, si αὐτολεξεὶ atticistarum verba recurrerent, formula: conv. Hes. vel Phot. vel alii, uterer, sin autem rerum capita tantummodo repeterentur, neque verborum ordo ac tenor servatus esset, formula, cf. Et. M. etc., lexicographorum (i. e. Aelii Dionysii et Pausaniae) quidem opiniones repetivisse, sed verba vel singula immutasse, vel nonnulla contraxisse vel aliena intulisse indicarem.

Hac opera proposita, lector benigne, vale faveque: mihi si tibi persuasero, atticistarum opera, etsi non summi, tamen alicuius momenti esse ad doctrinam et lexicographicam et grammaticam cognoscendam, sat erit. Eorum ex fragmentis, diligenter, ut speramus quidem, collectis et inlustratis fortasse postea

proficietur, ut plura etiam quae posteri, graeculi et byzantini, protulerunt, ad originem claram et genuinam revocentur, et atticistis mediis interpositis haud exiguae partes doctrinae byzantinae, quae hodie minimi aestimantur, reducantur ad lumina Alexandrina, et tali dignatione ac honore digna iudicentur, quo profecto digna sunt.

Prolegomena.

Praefatio . . . . p. 1.
Cap. I. De vita ac scriptis atticistarum . . . . p. 5.
Cap. II. De atticistis lexicorum rhetoricorum, quos Eustathius adhibuit, auctoribus . . . . p. 12.
Cap. III. De ratione ab Eustathio in excerpendis atticistis adhibita p. 26.
Cap. IV. De statu illorum operum, qualis Eustathii temporibus fuerit . . . . p. 32.
Cap. V. De atticistarum auctoribus . . . . p. 38.
§ 1. De Aristophane Byzantio . . . . p. 40.
§ 2. De Didymo . . . . p. 57.
§ 3. De Pamphilo et Diogeniano . . . . p. 65.
§ 4. De Tryphone Alexandrino et de Herodiano . p. 69.
§ 5. De ceteris atticistarum subsidiis . . . . . p. 75.
Conclusio . . . . p. 77.

AELII DIONYSII ET PAUSANIAE

ATTICISTARUM FRAGMENTA.



Ex Praefatione Aelii Dionysii.

Eustath. p. 368, 29[1]). *Καρῶν πόλις ἦν καὶ ἡ Ἁλικαρνασσὸς, ἐξ ἧς ὥρμητο Αἴλιος Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς, καθὰ δηλοῖ αὐτὸς, ἐν οἷς περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων διαλεγόμενος λέγει οὐ Κᾶρας εἶναι τοὺς Ἁλικαρνασσεῖς, ἀλλὰ Ἕλληνας Δωριεῖς τῶν ἀποικησάντων Δωριέων Καρίαν, ὃ καὶ Ἀθηναῖοι ποιήσαντες καὶ εἰς Καρίαν κατάραντες, ὧν ἦρχε Νειλεὺς, πόλιν Ἑλληνίδα, φησὶν, ἐν αὐτῇ Μίλητον κατεσκευάσαντο, ἐφ' οἷς τοὺς τοιούτους Δωριεῖς σεμνύνας καὶ μίαν τῆς ἐν Ἀσίᾳ ἑξαπόλεως καὶ τὴν Ἁλικαρνασσὸν εἰπὼν εἶναι, ἐπάγει πρὸς τῷ τέλει, ὅτι οὐδὲν ἂν ἴσως κωλύῃ καὶ ἐν Καρίᾳ εἶναί τινα Ἀττικὴν φωνὴν καὶ ἐν ταῖς Ἀθήναις Καρικὴν*[2]) *φωνὴν Ἀττικὴν, σεμνῶς εἰπὼν τὴν ἑαυτοῦ*[3]).

[1]) Haec omnia ex prooemio operis Dionysiani fluxisse apparet (cf. Cobet. Mnemos. X. 52). Nullo enim alio loco melius disputaret, se, quamvis Halicarnassensem, optime de dialecto attica disputare posse et disputaturum esse. — De mytho, ad quem adlusit, cf. Conon. cap. 47. Polyb. XVI. 12. Grote, Hist. Graec. II. p. 156. — Ut statim, qua ratione episcopus in excerpendis atticistis usus sit, cognoscas, antea episcopum de proverbio *τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ* et de *δίρκοι* (cf. fr. 131) voce Carica egisse, post locum autem ex atticistae scriniis depromptum iterum de *κάρβανες* et *κάρδακες* vocibus et de proverbio *ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον* exposuisse moneo cf. Prol. p. 26. 31.

[2]) De vestigiis Caricis, quae ap. Athenienses inveniuntur, cf. Herod. V. 62. Strab. p. 397.

[3]) Usener (Jahrbb. vol. 140. p. 387 sq.) in fr. 137[a], quod Max. Treu in codice Plutarcheo reppererat, verba obscura (*οὐ δύσερις, φησι, οὐκ ἐριστική*) ita explicare studuit, ut toti operi Dionysiano praefixa fuisse et versum

οὐ δύσερις ⟨ἥδε βίβλος⟩ οὐκ ἐριστική

in illis verbis latere contenderet. Quae coniectura non veri similis esse videtur. Ac primum enim tales praescriptiones lexicorum aliunde plane

ignorantur. Donec certis exemplis lexicographos talia praemisisse demonstretur, sequi non poterimus. Deinde autem rationem totius operis plane aliam fuisse atque U. sibi finxit, confidenter affirmo. Non enim librum conscripsit, ut cum amatoribus sermonis obsoleti et obscuri (qualem Lexiphanem esse memineris) pugnaret, sed ut voces oblitteratas et vere atticas ideoque hominibus sequioris aetatis fere ignotas revocaret et ita studio atticissantium succurreret. — Fortasse etiam alia quae dubitanter ordini ad elementa disposito inseruimus, ex praefatione fuerunt, ut e. g. fr. 11[a]. fr. 58. fr. 153. fr. 298. Grammaticas inprimis observationes, etsi a consilio *τάξεως στοιχειακῆς* non aliena fuerunt, cf. fr. 217., in prooemio melius absolutas fuisse putaverim.

---

1. Eustath. p. 1854, 16. *αἱ γοῦν θρεπταὶ τοῖς δεσπόταις δοῦλαι — ἄβραι (l. ἅβραι) λεγόμεναι ἐθνικῶς κεῖνται παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Μένανδρος* (fr. 520. Kock.)

τρέφει παλλακή τις τοῦ πατρὸς
αὐτὰς ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

ἐστὶ δὲ ἅβρα κατὰ Παυσανίαν ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, ἣ καὶ οἰκότριψ παροξυτόνως κατ' Αἴλιον Διονύσιον καὶ ἔντιμος[1]).

2. Eustath. p. 357, 1. *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ Ἄβυδος*[1]) *ὕστερον ἐπὶ συκοφάντου ἐτέθη παροιμιακῶς διὰ τὸ δοκεῖν*

---

1. [1]) Multo uberiora Suid. *ἅβρα· οὔτε ἡ ἁπλῶς θεράπαινα οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ* (fr. 520. Kock).

μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
ταύταιν, τρέφει δὲ παλλακή τις τοῦ πατρὸς
αὐτὰς, ἅβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη

καὶ Σικυωνίῳ (fr. 438 Kock)

ἅβραν γὰρ ἀντωνούμενος
ἐρωμένην ταύτῃ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν
τρέφειν δὲ χωρὶς, ὡς ἐλευθέρᾳ πρέπει.
ἄπιστον· ᾤμην, εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην ἅβραν
ἔσεσθαι. (cf. Men. fr. 64. Kock)

(sequitur locus ex Iamblicho petitus, quem Suid. de suo adiecit). Quo ex loco statim disces, locum ex Menandri Pseudhercule petitum, qui apud Eust. utramque glossam praecurrit, ex Aelio Dionysio fluxisse. Eadem B. A. 322, 13. sine locis Menandreis. Pausaniae doctrinam repetit B. A. 322, 12. Ambos confudit Et. M. 4, 22. Aelii Dionysii explicationem vocis *ἅβρα. οἰκότριψ* Aristophanem Byzantium redolere disces ex Mill. Mél. p. 434, Eustath. 1327, 22 (Hes. s. v. *οἰκότριψ*) cf. Nauck. Ar. Byz. p. 196.

2. [1]) Quas glossas omnes atticistis deberi inde apparet, quod glossa *ἀβυδοκόμης* cum verbis Pausaniae *αὐτολεξεὶ* allatis apud B. A. 322, 31 recurrit, glossa *Ἄβυδος* (vel *Ἀβυδός ἐστιν* cf. Apostol. I. 2) vero cum glossa *ἀβυδοκόμας* coniuncta iteratur apud B. A. 215, 6. Suid.

συκοφάντας τοὺς Ἀβυδήνους, ὅθεν καὶ ἀβυδοκόμαι[2]) οἱ ἐπὶ συκοφαντίᾳ[3]) κομῶντες. τίθεται δέ, φασιν, ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ εἰκαίου καὶ μηδενὸς ἀξίου. κωμῳδοῦνται δέ, φασι, καὶ εἰς μαλακίαν οἱ τῆς Ἀβύδου. Παυσανίας δὲ καὶ παροιμίαν εἶναι λέγει μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον[4]), ᾗ ἐχρῶντό, φησιν, ἐπὶ τῶν εἰκαίων καὶ οὐδαμινῶν.

3. Eustath. p. 1854, 18 (arte cohaeret cum fr. 1.) οὕτω κεῖται, ὡς ὁ αὐτὸς Διονύσιος[1]) λέγει, καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ (Θησεῖ fr. 2) ἀβυρτάκη· ὑπότριμμά τι δριμὺ βαρβαρικὸν διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ κόκκων ῥόας καὶ ἑτέρων τοιούτων. φησὶ γοῦν (sc. Theopompus)

ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

Παυσανίας δὲ καὶ ἀπὸ σιναπέως καὶ σταφίδων εἶναί φησι τὸ τῆς ἀβυρτάκης ὑπότριμμα, ᾧ καὶ πρὸς κοιλιολυσίαν ἐχρῶντο[2]).

4. Eustath. p. 1384, 50. verba arte cohaerent cum fr. 127. Δίες. — Philoxeni[1]) doctrina inepta, cur ἀγαθός neque compa-

---

[2]) Ἀβυδοκόμας eodem modo explicatur ab Hes. Zen. I, 2. Mill. Mél. p. 356. ἔνθεν Ἀριστοφάνης (fr. 733. Kock) τὸν συκοφάντην Ἀβυδοκόμην λέγει. Quam χρῆσιν et propter raram vocis formam et propterea, quod Eustathius Abydenos κωμῳδεῖσθαι dixit, ad Pausaniam referre ausim.

[3]) Cf. Zenob. glossam s. f. An proverbium Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα cum Nabero p. 166. et Warnkrossio p. 33. not. 65. Pausaniae tribuendum sit, dubium est. Corruptum esse Warnkross l. l. Crusius Anal. crit. p. 58 demonstraverunt, cum explicatio minime sit apta proverbio. Rectam protulit Suid. et Zenob. priore glossae parte. Alterum lemma Ἄβυδος εἶ excidisse apud Zenobium Crusius censet. Hes. vero utramque glossam tam misere contraxit, ut ad alterum lemma altera explicatio adhibeatur.

[4]) Proverbium a Pausania laudatum tantummodo apud Diog. VI. 53 Steph. Byz. s. v. Ἄβυδος (= Eustath. ad Diog. Perieg. 513) iteratur.

3. [1]) Dionysii verba Suidas cum testimonio Theopompi repetit et ἔστι δὲ καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου (fr. 280.) adicit. ῥόας vel ῥοιᾶς (Suid.) non ῥοᾶς, ut Rindfl. fr. 3. placuit, scribendum est cf. Hom. hymn. Cer. 372. 412. — Schol. Luc. vol. IV. p. 151. Jac. etiam A. D. sequitur his additis: Νυμφόδωρος δὲ ἐν τρίτῳ βαρβαρικῶν νόμων φησίν, ὡς λυτικῷ τῆς κοιλίας χρῆσθαι τούτῳ τοὺς βαρβάρους.

[2]) Pausaniam sequitur B. A. 323, 26, sed testimoniis Theopompi et Menandri adiectis. Glossas utriusque atticistae saepius iisdem χρήσεσιν uti, iam videbis s. v. αἴνειν. Et. M. 5, 1. = B. A. l. l., sed omisso testimonio et adiectis verbis καὶ ἀβυρτακοποιός.

4. [1]) Et. Orion. p. 29, 1. cf. p. 1, 1. Aliam explicationem (ἀγαθὸς ab

rativo neque superlativo utatur, prolata haec adicit: *φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι ἀγαθώτερος καὶ ἀγαθώτατος παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων κεῖται* [2]).

5. Eustath. p. 1471, 32. *ἰστέον δὲ ὅτι καὶ δίχα τῆς ἐπὶ ταῖς γλώσσαις σπονδῆς καὶ πόσεως ἦν τι ποτήριον, ὡς ἱστορεῖ Αἴλιος Διονύσιος, ἀγαθοῦ δαίμονος* [1]) *λεγόμενον τὸ μετὰ ἄρσιν τραπεζῶν προσφερόμενον. καὶ ἄλλως δὲ ἦν, φασιν, ἀγαθὸς δαίμων ᾧ μετὰ ἄρσιν τραπεζῶν ἔπινον.*

6. Eustath. p. 1854, 27. *παρὰ τῷ αὐτῷ δὲ ποιητῇ (Αἰσχύλῳ) ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ οἱ ἄγγαροι* [1]) *κεῖνται, λέξις φανερῶς Περσική.*

> *φρυκτὸς φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πορός*
> *ἔπεμπε.* (vs. 269.)

τοιοῦτον δὲ τῶν φανῶν, κυρίως δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δ' αὐτοί, φησι, καὶ ἀστάνδαι [2]) *Περσικῶς. τίθεται δέ, φασιν, ἡ λέξις καὶ ἐπὶ φορτηγῶν καὶ ὅλως ἐπὶ ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν, ὅθεν καὶ ἀγγαροφορεῖν* [3]) *τὰ φορτία φέρειν, ἄλλως τε καὶ ἐκ δια-*

ἄγαμαι esse derivandum) Herodianus (cf. Et. Or. l. l.) protulit, quam Eustath. aliquoties repetivit. p. 98, 12. 1599, 4. 1795, 64.

[2]) Eadem docet Phryn. Ecl. p. 92. Lob. cf. Et. M. 5, 22. Et. Or. l. l. Et. Gud. 2, 32. 611, 1. (= Orion). Exempla ex Diodoro protulit Nauck. in Herm. XXIV. p. 456.

5. [1]) B. A. 327, 6. cum A. D. convenit. Hesych. (*ἀγαθοῦ δαίμονος πόμα· τὸ μετὰ τὸ δεῖπνον ἄκρατον πινόμενον παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ τὴν β' ἡμέραν οὕτως ἐκάλουν.*) convenit cum B. A. 334, 4. Moer. p. 191, 15. Bekk. *ἀγαθοῦ πόματος*, quod lemma secundum Hes. et Suidam, qui se invicem supplent, corrigendum est. cf. Nab. Proll. ad Phot. p. 136.

6. [1]) Totam glossam repetit Suid. gl. 2., ex parte B. A. 325, 13 (usque ad *Περσικῶς*), Et. M. 6, 44 (de quo L. Cohn. Jahrbb. XII. 351. n. 151.) sed ita ut Aeschyli testimonium, quamvis ex servatarum una petitum, atticistis deberi intellegamus. Menandri locum, quem apposuimus, subiecit.

[2]) *ἀστάνδαι* vocem recte explicat B. A. 455, 31. et mira confusione Hesychius, qui *ἀστάνδης. ἡμεροδρόμος. ἢ ἄγγελον. Ταραντῖνοι* exhibet.

[3]) *ἀγγαροφορεῖν*. Ael. Dion. = B. A. 325, 6. — Fons totius explicationis fuit Arist. Byz. (ed. Nauck. p. 81. 172). Ex Ar. Byz. Suetonius sua petivit, cf. Mill. Mél. p. 422. — Alteram explicationem, eamque saepius repetitam, optime servatam videmus ap. B. A. 325, 2. *ἄγγαρος· ἐργάτης, ὑπηρέτης. ὅθεν ἀγγαρείαν λέγομεν ἀνάγκην ἀκούσιον καὶ τὴν ἐκ βίας γενομένην ὑπηρεσίαν. καὶ ἄλλως ἄγγαρος λέγεται ὁ νωθρός. παρὰ τοῖς βαρβάροις δὲ ὁ δημόσιος γραμματηφόρος, ὅθεν ἀγγαρεύεσθαι τὸ εἰς δη-*

δοχῆς καὶ ἀγγαρεύεσθαι τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. [Μένανδρος καὶ τοῦτο ἐν Σικυωνίῳ (fr. 440.) παρίστησιν·

ὁ πλέων κατήχθη· κρίνεθ' οὗτος πολέμιος
ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν ἀγγαρεύεται.]

7. Eustath. p. 1399, 60. ἐπὶ γὰρ ἐμψύχου κεῖται τὸ ἄγειν, ὡς καὶ πρὸ βραχέων εἴρηται, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ οὕτως ἡ λέξις τίθεται. δίχα γοῦν τῶν ἄλλων φησὶ καὶ ὁ Παυσανίας ὅτι ἄγειν καὶ ὑπάγειν καὶ ἐπὶ τοῦ πίνειν λέγεται[1]).

8. Eustath. p. 1400, 1. (seq. fr. 7). Αἴλιος Διονύσιός φησιν ἄγημα[1]) παρὰ Μακεδόσι τάγμα ἀπόλεκτον ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν[2]).

9. Eustath. p. 1430, 34[1]). ἐξ αὐτῆς δὲ (sc. ἀγείρειν) οὐ μόνον ἀγύρτης[2]) κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ἀγείρων ὄχλον καὶ ἀπατεὼν καὶ ἀλαζών, καὶ ὄνομα δὲ βόλου κυβευτικοῦ, ἀλλὰ καὶ ἄγυρις..... λέγεται δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον Ἁλικαρνασσέα ἀγείρειν καὶ τὸ περιϊέναι, καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκῃ ἢ ἑτέρῳ τινί, φησι, τοιούτῳ ⟨σεμνύνειν⟩, ὅθεν ἴσως καὶ ὁ

μοσίαν χρείαν ὑπηρετεῖν. (= Suid. gl. 1. 3. B. 212, 3. Hesych. s. v. ἄγγαρος priorem et alteram Suidae glossam in unam coniunctas exhibet) Cobet. Mnem. X. 64. hunc locum Pausaniae tribuere studet. Eadem doctrina redit in lex. Cantab. (Lex. Vindob. p. 352, 15. Nauck) = Claud. Casilon. ap. Mill. Mél. 397., unde, si Cobeto assentimur, Pausaniam vel Irenaeum ipsum adiisse vel ex alio quodam fonte (Pamphilo?) illius opibus usum esse cum Cohnio l. l. concedes.

7. [1]) B. A. 325, 26. καὶ ἄγειν ἀντὶ τοῦ πίνειν, ὅπερ ἐπάγειν ἔλεγον οἱ Ἀττικοί. Totam glossam sexti lexici Bekk. ideo Pausaniae tribuerim, cum usus verbi ἄγειν varius et multiplex illic enarretur et Pausaniam de compluribus verbi ἄγειν significationibus egisse Eust. iudicet.

8. [1]) Duplicem doctrinam proferunt Hes. B. A. 327, 26. Et. M. 10, 36 ἄγημα τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως. = Suid., qui addit: κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων εὐεξίᾳ. Ael. Dion. igitur doctrina altero loco profertur. Prior doctrina recurrit ap. Eust. 1877, 60.

9. [1]) Locum Eustathianum supra allatum sequitur etymologia ἄγειν ἀπὸ τοῦ ἀγητοῦ (quae recurrit Eust. 1877, 62.), deinde de ἄγειν· κλᾶν episcopus exponit et de voce ἄγμα plura profert. cf. fr. 341.

[2]) Duplex doctrina a Suida profertur. Prior glossa: ἀγύρτης· πτωχός, ὀχλαγωγός, ἐπαΐτης, φιλοκερδὴς ἢ συρφετώδης. ἔστι δὲ καὶ βόλος κυβευτικὸς, καὶ Γάλλος καὶ μάντις, ὡς Ἀπίων (= Hes.-Apionis nomen cor-

ἀγύρτης. Πλάτων δὲ ἐν πολιτικοῖς (p. 272) καὶ τὴν ἄθροισιν ἀγυρμόν φησιν. εἰπὼν συναγυρμὸν φρονήσεως.

10. Eustath. p. 1165, 13. (praecedunt ea, quae Pausanias de veterum pemmatologia protulit) ἐκ τῆς ἀγέλης δὲ οὐ μόνον ἀγελαῖοι[1]) βόες, ἀλλὰ καὶ ἀγελαίας ἰσχάδας Εὔπολις (fr. 374 Kock) ἔφη καὶ ἄλλοι κωμικοί, ὥς φησι Παυσανίας, καὶ λίθους δὲ ἀγελαίους τοὺς εἰκαίους καὶ ἀκαταξέστους.

11. E duobus Eustathii locis Pausaniae doctrina contexenda est: p. 1162, 37. περὶ δὲ ἀγκαλίδων φασὶ καὶ ταῦτα

---

ruptum et cum Schmidtio Platonis restituendum est). gl. 2. ἀγύρτης. ο ἀλαζὼν καὶ ἀπατεών, τὸ δὲ ἀγείρειν καὶ περιαγείρειν τὸ περιϊέναι καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκῃ ἢ ἑτέρῳ τινὶ σεμνύνειν. ὁ δὲ ἀγύρτης καὶ κυβευτικοῦ βόλου ὄνομά ἐστιν κτλ. = Et. M. 14, 31. B. A. 332, 11. (Utramque glossam in unum contractam habes in B. A. 331, 26). unde apparet non solum verbi ἀγείρειν explicationem, sed etiam verba, quae apud Eustathium antecedunt, atticistis tribuenda esse. Fortasse etiam περιαγειρόμενοι ap. Phot. Suid., ἀγορὰ Suid. Hes. et alia huc referenda sunt. — Singularia ex tota vocum ἀγείρω, ἀγύρτης, ἀγυρμός, ἄγυρις (cf. Poll. VII. 188) serie explicantur in Lex. Cantabr. p. Lex. Vind. Nauck. 330, 15. B. A. 331, 10. Tim. s. v. ἀγείρουσαν.

10. [1]) Eustathius, cum paullo ante de veterum libis ac placentis Pausaniam loquentem faceret, sane mirum est, quod de gregum et gregarii notione nunc exponit. Quam ad rem plane diversam ductus esse videtur, quod species quaedam ἄρτου ἀγελαίου veteribus nota fuit, cf. Athen. III. 110 D. Eustath. p. 265, 32. Plato. Com. fr. 76 Kock. Qui panis reperitur ap. B. A. 325, 29. gl. 2. ἀγελαῖος δὲ ἀντὶ τοῦ ἰδιώτης, ῥεμβώδης (= Et. Gud. p. 4, 3) καὶ εὐτελής ἢ ὁ ἐν ἀγέλῃ διάγων. τὸ μὲν ὄνομα ἴσως ἀπὸ τῶν ζώων συναγελαζομένων, ἐφ' οὗ σημαινομένου καὶ Πλάτων κέχρηται ἐν τῷ Πολιτικῷ (p. 266. A). μετῆκται δὲ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀδοξοτέρους. οὕτως Ἰσοκράτης ἐν τῷ Πανηγυρικῷ (l. Παναθηναϊκῷ § 18) αὐτοῦ λόγῳ. καὶ ἀγελαῖον ἄρτον τὸν χυδαῖον. Quacum glossa cf. Hes. ἀγελαῖοι· ἰχθύες πολλοὶ μικροὶ καὶ ὁμοῦ λίθοι εὐτελεῖς, et Et. M. 7, 41. ἀγελαῖος ..... καὶ εἰκαῖος καὶ εὐτελής, ubi eadem explicatio εὐτελής recurrit. Animalia ἀγελαῖα ex Hes. Harp. s. v. ἀγελαίων B. A. 325, 27 (= Suid. gl. 3) Suid. gl. 1. veteribus pisces fuisse constat. — Non igitur Rindfl. p. 29. adsentior, qui lexicographos plane aliena ab atticistarum consilio tradere affirmat. — Priorem glossam in B. A. 325, 27 ἀγελαῖος. ἰδιώτης ἢ ὁ ἐν ἀγέλῃ διάγων· καὶ ἀγελαίων τῶν πολλῶν καὶ τυχόντων. εἴη δ' ἂν ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀγελαίων ζώων, ἢ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, οὓς βόσκεσθαι ῥύδην (Suid. Harp. ῥίβδην cod. Coisl.) καὶ ἀγεληδόν φασιν, (= Suid. gl. 3. qui B. A. gl. 2. ineptum in modum inseruit), quae ex parte concinit cum Harp., neque tamen ut artior nexus statui possit, dubitanter ad atticistarum doctrinam refero.

οἱ παλαιοί· ἀγκαλίδες[1]) ἀγκάλαι, κόλποι. δηλοῖ δέ, φασιν, ἡ λέξις καὶ φρυγάνων δεσμούς, ὅθεν ἀγκαλιδαγωγεῖν καὶ ἀγκαλίδας αἴρειν ἀντὶ τοῦ ξύλα[2]). ῥηθήσεται δέ τι περὶ τοιούτων καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀνδρομάχην i. e. p. 1283, 41., ubi haec leguntur: ἐμνήσθημεν δέ που καὶ πρὸ τούτου ἀγκαλίδων, ἐξ ὧν οὐ μόνον οἱ, ὡς ἐκεῖ ἐγράφη, ἀγκαλιδαγωγοί, ἀλλὰ καὶ ἀγκαλιδαγωγεῖν κατὰ Παυσανίαν τὸ ἀγκαλίδας ἄγειν ἐπὶ κτηνῶν ἢ πλοίου, οὐκ αὐτὸν φέροντα. τοῦτο γὰρ ἀγκαλιδοφορεῖν, ὥστε ὁμώνυμον καὶ ἡ ἀγκαλὶς, οὐ μόνον Ὁμηρικῶς ἀγκάλην δηλοῦσα ἀλλὰ καὶ δεσμὸν ξύλων ἢ τοιούτων τινῶν.

11a. Eustath. p. 1579, 25. καὶ ὅρα τὸ ἀληθείην ἀμφιβόλως ἔχον, εἴτε ἀπὸ προπαροξυτόνου τοῦ ἀλήθειαν, εἴτε ἀπὸ παροξυτόνου τοῦ ἀληθείαν γέγονεν Ἰωνικῶς. οἱ γὰρ παλαιοὶ Ἀττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐξέτεινον τὰς τῶν τοιούτων ὀνομάτων ληγούσας. διὸ καὶ παρώξυναν αὐτά· ἡ ἀγνοία[1]) γάρ, φησιν, ἔλεγον καὶ ἡ εὐκλεία[2]) καὶ ἡ ἱερεία[3]) καὶ ἡ ἀναιδεία δέ φησι καὶ ἡ προνοία. ὧν πάντων ἐκτείνεται μὲν ἡ τελευταία, ἡ δὲ πρὸ αὐτῆς ὀξύνεται. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν (fr. 226. Kock)

ὧν προνοία κἀναιδεία.

12. Eustath. p. 1638, 11. φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος· ἄγνον[1]) ἀρσενικῶς οὐ λύγον καλοῦσιν Ἀττικοί. φέρει

---

11. [1]) Fusius atticistae doctrina repetitur (unde conicere licet, Paus. etiam de ἀγκαλιδοφόροις καὶ ἀγκαλιδοπώλαις ac de ἀγκαλίζεσθαι verbo egisse) B. A. 337, 19, in breve contracta Et. M. 11, 42, quae glossae invicem corrigendae sunt. Singula inveniuntur: ἀγκαλιδαγωγοί Hes., ἀγκαλίδες = φρυγάνων δεσμοί Hes. Et. M. 12, 13. et Suid. B. A. 327, 8. Poll. VII. 109. cf. Naber Prol. 138.

[2]) Quae verba corrupta et secundum Hes. B. A. 327, 8. ἀγκαλίδας ἕλκειν. αἴρειν ξύλα restituenda sunt. 11a. [1]) Conv. B. A. 324, 16.

[2]) Conv. Phot. cf. Et. M. 462, 3. Schmidt. Did. p. 56. Nab. Prol. 134.

[3]) Schmidt. l. l. Eratosthenis doctrinam ab Ael. D. repeti censuit. Per Tryphonem hauc doctrinam ad atticistam pervenisse puto.

12. [1]) Convenit Suidae doctrina, sed auctior, cum Chionidis testimonio ornata sit (fr. 2. Kock), quod ideo atticistis tribuo, quod inter explicationem et Platonis locum adfertur. Explicationem Eustathianam non omnia Dionysiana adhibere, sed lacunosam esse, manifestum est. Atticistarum doctrinam in Schol. Plat. Phaedr. l. l. agnosco: ἄγνος· φυτόν τι θαμνῶδες, ὅ ἐστιν ἡ λύγος. cf. B. A. 324, 15. Hes. s. v. λύγος. Schol. Hom. Il. XI. 105. Et. M. 11, 53. (ultima duo loca iam etymologiam illam

δὲ καὶ χρῆσιν Πλάτωνος (Phaedr. 230B) ταύτην· ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφὴς καὶ ὑψηλὴ καὶ τοῦ ἄγνου τό τε ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον.

13. Eustath. p. 361, 37. ὅτι δὲ καὶ ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἣ καὶ Ἀγραία[1]) παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾧ κλῆσις Ἄγραι καὶ Ἄγρα, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγετό, φησι, μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγρας, ὁμοίως τῷ ἐν Ἀσκληπιοῦ.

14. Eustath. p. 326, 37. ἀπὸ δὲ τοῦ ῥηθέντος Ἀδμήτου σκολιόν τι[1]) ἐν Ἀθήναις ἦν ᾀδόμενον, ὡς καὶ Παυσανίας φησὶν ἐν τῷ οἰκείῳ λεξικῷ, λέγων, ὡς οἱ μὲν Ἀλκαίου φασὶν αὐτὸ, οἱ δὲ Σαπφοῦς, οἱ δὲ Πραξίλλης τῆς Σικυωνίας. ἀρχὴ δὲ τοῦ μέλους αὕτη·

Ἀδμήτου λόγον ὦ ᾿ταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει
δειλῶν δ᾿ ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις

ἔοικε δὲ διὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν τὴν γενναίαν καὶ φίλανδρον ὑποδηλοῦν Ἄλκηστιν, διὰ δὲ τῶν δειλῶν τὸν Ἀδμήτου πατέρα, ὃς ὤκνησε θανεῖν ὑπὲρ τοῦ παιδός.

ἅγνος ab castitate appellatam esse proferunt, quae saepissime iteratur cf. Eust. 834, 35. Et. M. 591, 50, 595, 33 et alias.)

13. [1]) Quae omnia ad Pausaniam redire docebit B. A. 326, 24. Ἄγραι· χωρίον ἔξω τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἄγεται μυστήρια, ἃ λέγεται τὰ ἐν Ἄγρας, ὡς ἐν Ἀσκληπιοῦ· Φερεκράτης Γραυσίν (fr. 36. Kock)

εὐθὺς γὰρ ὡς ἐβαδίζομεν ἐν Ἄγρας

καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἄγρας αὐτόθι τὸ ἱερόν. Πλάτων Φαίδρῳ (p. 229 B) „ἢ πρὸς τὰ τῆς Ἄγρης διεβαίνομεν". Κλειτόδημος (fr. 1. Müller) ἐν πρώτῳ Ἀτθίδος. τὰ μὲν οὖν ἄνω τὰ τοῦ Ἰλισσοῦ πρὸς ἀγορὰν Εἰλείθυια. (Ὠρείθυια Ruhnk. Tim. 223), τῷ δ᾿ ὄχθῳ πάλαι ὄνομα τούτῳ, ὃς νῦν Ἄγρα καλεῖται, Ἑλικών, καὶ ἡ ἐσχάρα τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἑλικωνίου ἐπ᾿ ἄκρον. καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ εἰς τὸ ἱερὸν τὸ μητρῷον τὸ ἐν Ἄγραις. Doctrinam Pausaniae multo fusiorem et fere genuinam hoc loco nobis praeberi vides. De corruptelis sanandis cf. Nab. Prol. 136. Müll. Hist. fr. l. l. — B. A. 334, 11. Ἄγραι· χωρίον ἔξω τῆς πόλεως, ἱερὸν Δήμητρος, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἄγεται. ὀνομασθῆναι δὲ αὐτὸ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρτέμιδος, πρότερον Ἑλικῶνα καλούμενον, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔνθηρον εἶναι καὶ πλῆρες ἀγρεύματος. Nab. l. l. Ael. Dionysio tribuit. οἱ μὲν — οἱ δὲ ad χρήσεις revocanda esse puto, quarum prior locus Clitodemi fuit. Singula repetit Suid. s. v. Et. M. 13, 13., sed incertum est, utrius auctoris fuerint. Hes. corruptus est.

14. [1]) Ath. XV. 695C. Eadem doctrina Schol. Ar. Vesp. 1240. cf. Bergk. Poet. Lyr. III[4]. p. 567. Hes. — Suid. lemma tantum profert.

15. Eustath. p. 355, 38. *Παυσανίας δέ φησιν, ὅτι τὴν Ἀδράστειαν ἑτέραν τῆς Νεμέσεως ὑποτίθενταί τινες, οἱ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει ἀπὸ Ἀδράστου, ὅτι μόνος τῶν ἑπτὰ σωθεὶς μόνος πάλιν τὸν υἱὸν ἀπέβαλεν ἐν τοῖς ἐπιγόνοις. οἱ δὲ ἀπὸ Ἀδράστου, φησίν, Μυσοῦ* (?) *ἱδρυσαμένου αὐτῆς ἱερόν. βέλτιον δέ, φησιν, ἀπὸ τοῦ μηδὲν αὐτὴν ἀποδιδράσκειν*[1]).

16. Bekk. An. p. 362, 3. *αἶα*[1]) *τὰ λεγόμενα ὄα. φυτὰ δέ ἐστιν. Διονύσιος δέ φησι· τὰ δὲ ὄα τινὲς βάμμα. οἱ δὲ † αἶα, οἱ δὲ λεόνεον προσαγορεύουσιν.*

17. Eustath. p. 603, 16. *Αἴλιος Διονύσιός φησιν*[1]) *αἰγὶς· τὸ ἐκ τῶν στεμμάτων δίκτυον. Παυσανίας*[2]) *δὲ· τὸ ἐκ τῶν στεμμάτων πεπλεγμένον δίκτυον.*

---

15. [1]) Pausanias igitur iam inter duas sententias, quae fuerit Adrastea, incertus haesit, deinde duas vocis etymologias protulit. Inverso ordine et etymologiis omissis Suid. gl. 2. Harp. B. A. 342, 6 quae glossae se invicem supplent. Nexus igitur, quem Rindfl. p. 31. negavit, statuendus est. Glossa corrupta est: nunquam enim Dianam Adrasteam vocari audivimus. Suid. gl. 1. et Hes. alteram opinionem veterum repetunt (Adrastea = Nemesis) et ab Adrasti nomine Adrasteam derivant. cf. Zen. I. 30. Diogen. I. 54. — Alteram etymologiam a Pausania prolatam habes in Et. M. 663, 8.

16. [1]) *ὄα* etiam *αἶα* vocari aliunde non constat. Glossa corrupta videtur. Similia Hes. gl. 1. *ὄα· δένδρον κάρπιμον καὶ ὁ καρπὸς οὕτω καλεῖται.* Et. M. 27, 24. *αἶα· ὑπὸ Κυρηναίων τηθὶς καὶ μαῖα καὶ ἀδελφὴ Κρήτης. καλεῖται δὲ καὶ κρήνη ἐν Παιονίᾳ καὶ φυτόν τι· ἔτι δὲ ὁ καρπὸς αὐτῷ ὁμώνυμος.* cf. *ὄα.* Fortasse Phot. Suid. *ὄα. ἀκροδρύων εἶδος μήλοις μικροῖς ἐμφερές* huc referenda sunt.

